CORPVS

SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM

LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXVI

S. OPTATI MILEVITANI LIBRI VII

ACCEDVNT DECEM MONVMENTA VETERA AD DONATISTARVM HISTORIAM PERTINENTIA

EX RECOGNITIONE

CAROLI ZIWSA

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXXIII

S. OPTATI

MILEVITANI LIBRI VII

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INDICIBVSQVE INSTRVXIT

CAROLVS ZIWSA

ACCEDVNT DECEM MONVMENTA VETERA AD DONATISTARVM

HISTORIAM PERTINENTIA

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXXIII.

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

Praefatio.

Non raro querendum est praestantissimorum uirorum uitas densis latere circumfusas tenebris, ita ut uix nominum haberemus cognitionem, nisi librorum monimenta iniquitatem temporum hominumue effugissent. atque similem sortem memoria Optati episcopi Mileuitani est consecuta, de quo neque multa neque certis testimoniis comprobata traduntur, quamquam fidei catholicae propugnator tam grauissimus quam acerrimus iterum iterumque a summis ecclesiae catholicae doctoribus Augustino Hieronymo aliisque longe inferioribus laudatur et contentionis illius a Donatistis ortae spectatorem minime otiosum sese praebuit. complures fuisse Optatos in Africa uel sancti episcopi aequales uel ab eius aetate diuersos constat: quin etiam Optati cuiusdam Mileuitani memoriam, qui militiam capessiuerat, cippus ad haec tempora propagauit in Numidia inuestigatus *(cfr. CIL.* VIII, 1 *p.* 365, *nr.* 3266); praeterea inter Donatistas eiusdem nominis Optatum latrociniis infamem cognomine Gildonianum fuisse ex s. Augustino compertum habemus *(c. l. Petil.* II, 92 *et saepius).* quodsi plures Africa procreauit Optatos, haud scio an hanc ob rem de uita unius illius episcopi Mileuitani parcior manare uideatur famae fons, praesertim cum iam libris suis prae ceteris eodem nomine appellatis memoriae obliuionem effugere potuerit. quicquid scimus, Hieronymo debemus (*de uir. ill.* 110): *Optatus Afer episcopus Mileuitanus ex parte catholica scripsit Ualentiniano et Ualente principibus aduersus Donatianae partis calumniam libros sex, in quibus asserit crimen Donatianorum in nos falso retorqueri.* quocum concinit Honorius Augustodunensis (I, 111): *Optatus Afer Mileuitanus episcopus sub Ualente scripsit libros*

Optati uita.

sex aduers s Donatianae partis calumniam. Mileue (*cfr. CIL.* VIII, 1, *p.* 365) seu Mileu *(cfr. ibid. p.* 607 *nr.* 6710) oppidum erat in prouincia Numidia, de quo nomine adiectiui formae *Mileuitanus* et *Milleuitanus* inscriptionibus comprobantur (*cfr. CIL.* VIII, 1, *p.* 639 & 606 *nr.* 2615, 6700, 7097; *nom. episc. ed. Petschenig p.* 123, 114; *Arch. f. lat. Lexikogr.* I, 189). paganum illum fuisse ex s. Augustino colligitur (*d. doctr. christ.* II, 40, 61), quo loco cum Cypriano Lactantio Uictorino Hilario *auro et argento et ueste suffarcinatus exisse de Aegypto* praedicatur. ipse sese episcopum appellat (*p.* 170, 15), frater et coepiscopus ab Augustino uocatur (*ep.* 105, 6), cuius dignitatis officia tanto studio tantaque fide praestitit, ut idem Augustinus iterum iterumque Optati laudator exstiterit *(c. ep. Parmen.* I, 3, 5: *uenerabilis memoriae Mileuitanus episcopus catholicae communionis Optatus; de unit. eccl.* 19, 50: *(ecclesiam) commendauit Mileuitanus Optatus)*, Fulgentius Ruspensis episcopus cum Augustino et Ambrosio eum comparauerit (*ad Monim.* II, 13), denique ecclesia catholica eiusdem in sanctorum numerum redacti memoriam pridie Non. Iun. constituerit *(cfr. martyrol. Rom. p.* 129: *sancti Optati episcopi doctrina et sanctitate conspicui.*)

Quo ille tempore uixerit floruerintque, ex Hieronymi et Honorii Augustodunensis testimoniis supra laudatis patet; praeterea ipse Optatus ansas quasdam dedit, quibus quando scripserit libros suos, colligi possit. persecutionem sub Diocletiano saeuientem uerbis „ferme ante annos LX et quod excurrit... persecutionis est diuagata tempestas“ (*p.* 15, 13 *sq.*) indicat, quae uexatio in occidente a. 303 orta duobus annis post exstincta est. igitur Optati tractatus ante a. 356 conscriptus esse non potest. accedit, quod praeter Macrobium Donatistarum episcopum aequalem suum (*p.* 37, 18; 38, 7) Photini „praesentis temporis“ haeretici mentionem facit (*p.* 109, 6), quem a. 376 diem obiisse supremum ex Hieronymi chron. constat. quae si cum Hieronymi uerbis comparaueris „scripsit Ualentiniano et Ualente principibus“, a ueritate non errabis dicens Optatum libros suos scripsisse et edidisse circa annum

375. nimirum repugnare uidetur Siricii commemoratio in episcoporum Romanorum catalogo (*p.* 37, 11), quem a. 385 cathedram Petri obtinuisse scimus. sed hac de re uberius paulo infra dicendi copia erit. denique inter episcopos partis Donatianae postremum adfert Optatus Claudianum Luciani decessorem (*p.* 39, 8), quem Romae a suis episcopum destinatum uixisse ex epistula patet ad Gratianum et Ualentinianum imperatores directa, quod cum a. 380 competere uidetur. (*de chronologia cfr. Tillemont* mémoires VI, 61 & 307). quae cum ita sint, haud scio an Optatus, qui Siricii et Theodosii tempora procul dubio uidit, intra annos 375—385 libros suos publici iuris fecerit. sed dies uel annus, quo natus, quo mortuus est, ne strictim quidem proferri potest.

Optati libri

Scripsit s. Optatus contra Parmenianum libros suos, quos et auctore mortuo obliuione minime obrutos esse testis uel grauissimus exsistit s. Augustinus, per quem compertum habemus Optati libros uelut memoriae fontem adire solitos esse ipsos Donatistas in collatione Carthagine a. 411 habita petentes *Optatum legi, quod et ante petiuerant . . . Optatum uero legi multo instantius flagitabant . . . . recitatus est Optatus e. q. s. breuic. coll.* 30, 38 *(cfr. Aug. ep.* 161, 9: *protulerunt primo codicem Optati, unde quasi probarent Caecilianum ab imperatore damnatum. qui codex cum contra illos legeretur . . . ab omnibus risi sunt; ad Donat. post coll.* 31, 54; *capitula gestorum coll. Carthagin.* 375, 477—484, 488, 489, 531—534, 537, 538 — *Mg.* XI, 1251 *sq.*). eundem illum Parmenianum episcopum Donatistam Carthaginensem, cuius epistulam ad Tichonium Augustinus refellit, ecclesiam catholicam tractatibus suis indigne pulsasse Optatus queritur (*p.* 6, 18) eoque permotus consilio calamum sumpsit, ut crimina in catholicos conlata repelleret, Donatistarum errores detegeret, ipsos ad communionem unitatemque reuocaret. Donato, qui dicitur Magnus, mortuo Parmenianus a Donatistis episcopus Carthaginensis factus est *(de eius ordinatione cfr. p.* 44, 1 *sq.*); fuisse autem illum peregrinum ex Optati uerbis claret (*p.* 44, 11; 73, 12) atque tractatus suos in manibus et in ore mul-

torum esse uoluisse (*p.* 6, 13). qui libri quamquam interciderunt, tamen argumenta eorum nouimus per Optatum quinque Parmeniani locos adferentem (*p.* 8, 22 *sq.*), quibus mutato quidem ordine sese responsurum esse sanctus ille profitetur idque sex locis seu libris (*p.* 9, 15). attamen *septem* habemus Optati libros ipsumque librum septimum omnes fere codices magis minusue integrum praebent, quin etiam ex codicum deperditorum indiciis, quae antiquis bibliothecarum catalogis debentur — dico complures Bobienses — septem fuisse Optati libros euinci potest. in Cusano autem codice, ex quo uno editio princeps exscripta est, septimus ille liber prorsus desideratur. sex tantum libris quin Optatus primo tractatus sui modum terminauerit, uix est dubitandum cum ex ipsius quae dicitur librorum partitione (*p.* 9, 7—16) tum ex Hieronymi testimonio s. l., in quo omnes codices uetustate eximii VI, unus tantum Casinensis s. IX adscriptus VII libros Optati indicant, quod Ioh. Huemer Hieronymi librum denuo recogniturus beniuolentissime mecum communicauit. itaque non mirum uideri potest, quod grauissimi censores hunc librum ab Optato abiudicare non dubitabant, praesertim cum liber sextus praestantissima illa imagine de aucupio deprompta cum dignitate quadam atque amplitudine terminetur, septimus uero qua est proprietate nihil fere noui, nonnulla uel diuersa a praecedentibus adferat neque ad finem perductus sit aliqua ex parte probabilem. nihilominus non est, quod septimum illum librum falsario cuidam, id quod nonnullis placuit, tribuamus, immo uero et dicendi genus et sententiarum ratio ad eundem nos reuocare uidentur scriptorem. primo non nimis grauitatis habere puto partitionem illam in libro primo seruatam. ut omittam Optatum primo, secundo, tertio loco, non libro Parmeniani tractatus impugnaturum esse profiteri (*cfr.* 9, 7 *sq.*; procedente sane quidem opere ad priora respiciens semper „in primo ... libro (libello) probauimus“ uel tale aliquid dicit — *cfr.* 45, 21; 48, 5; 67, 2; 169, 2. 3, inprimis 118, 2—5, neque raro ad sequentia reuocat libros indicans IV, V, VI. *cfr.* 8, 19; 66, 16; 92, 2): num necesse est ponere Optatum iam ab initio

libros singulos argumentis terminasse tractandis? potius argumentorum ordinem, non librorum numerum indicari satis habuisse potuit. sed ad grauiora transeamus. multa catholicorum dogmata eaque grauissima in controuersiam a Donatistis uocata sunt, quorum alii ferro, scriptura alii, in his Parmenianus ille, aduersariis instare parabant. illorum impetus miles armatus, ab Optato iterum iterumque laudatus, repellere conatur; horum libellos libellis refutare adsertoribus fidei catholicae curae est. tali ex mente consilioque Optati prodierunt libri (*cfr.* 6, 5 *sq.*). sed ut esse solet eiusmodi litium natura, quae repulsae uidebantur calumniae non obmutescunt, *prouocationes adhuc pullulant*, ut Optati ipsius utar uerbis, quibus librum illum septimum ordientem facit. quae cum aliqua ex parte probabilia uideantur, Optatus sex primum edidit libros eosque pulchra illa aucupii imagine perfectos absolutosque, septimum addidit recentibus responsurus Donatistarum iniuriis (*cfr.* 158, 6 *sq.*). qui rerum ordo adeo non durus uideretur, ut dubitari non posset, si septimus ille liber ad finem quendam perductus esset cogitationibus bene dispositis. quodsi contingit probare in dubitationibus scrupulisque Optati mentem stilumque nihilominus redolere ea, quae libro septimo continentur, facile est intellectu libro postremo extremam manum non accessisse.

Grauissimam sane dubitationem de libri VII integritate adtulit, quod in eo Optatus minus seuere ac uehementer cum de Donatistarum erroribus tum de Donatistis in catholicam recipiendis iudicat. Donatistarum principes traditores, eorum adsectatores traditorum filios, utrosque scismaticos carpit ab haereticis distinguendos; qui utrum pio ecclesiae catholicae sinu recipi possint necne, ecce summus litis cardo. Donatistis unitatem communionemque uitantibus iure denegari unitatem etiam atque etiam Optatus adfirmat, quod ex scelerum mole ac grauitate sub intellegentiam cadere uideatur. at libro septimo non solum traditorum filios communione prohibendos non esse perseuerat sed etiam principes illorum repellendos non fuisse declarat, si adfectassent suis temporibus unitatem. sed haec animi clementia ac

facilitas nec importuna nec intempestiua apparet: ex iisdem radicibus nata sunt in prioribus libris haec: *facessat ex utraque parte praesumptio: nullus nostrum humano iudicio alterum damnet . . taccamus omnes homines, solus deus indicet peccatorem* (*p.* 102, 7 *sq.*), ex eodem fonte manat fraternitas illa sescenties praedicata, quae a Donatistis etsi negata tamen ex *una spiritali natiuitate* (*p.* 5, 9) inter illos et catholicos intercedat necesse est (*cfr.* *p.* 4, 18 *sq.* 102, 14; 103, 22 *sq.*). praeterea non prorsus desunt in prioribus libris uoluntatis indicia ad reconciliationem propensae (*cfr.* 14, 22 *sq.* 40, 16; 41, 1—4) et locus uel grauissimus libri III caput ultimum adferri potest, siquidem recte, ut uidetur, ex libro VII huc transponitur (*cfr.* 100, 18 *sq.*). quae animi inclinatio quacumque de causa orta in libro septimo expressa et explanata est, cum traditorum filiis communionis spes eo certius proponitur, quo minus aequum fuisset repellere illorum patres, si unitatem appetiissent — *cfr.* 159, 17; 161, 27 *sq.*; 163, 27 *sq.*; 166, 3; 167, 32 *sq.*; 168, 8; 169, 15; 173, 20. inde colligere posse uideor retractationis cuiusdam certa in libro extremo exstare uestigia, qua coniectura utrumque hoc enucleari potest: primum non tam nouas passim septimo libro contineri sententias quam ex prioribus repetitas, amplificatas, correctas; deinde quod pertinet ad eiusdem libri codicum manuscriptorum fidem naturamque. qua de re etsi paulo infra accuratius disputandi copia erit, hoc loco monere satis duco libri VII caput 6 procul dubio tertio libro c. 12 tribuendum a duobus codicibus RB utroque in loco exhiberi — sane quidem non sine discrepantiis — in uno Sangermanensi desiderari in libr. III, in Colbertino, qui a libro tantum VI incipit, libro septimo insertum, in Cusano libri tertii partem esse, denique omnium codicum subscriptiones, licet fragmenta solum ut Colbertinus offerant, septem Optati libros indicare. qui igitur factum est, ut in omnibus manuscriptis praeter Cusanum, qui cum sexto libro finitur, unus idemque locus septimo praebeatur libro, in duobus et septimo et tertio, cui ipsi reuera debetur tribuiturque? retractationis si arriserit coniectura, non opus est

diffusa interpretatione: sex libris confectis editisque additamenta congessit Optatus, alia iam disposita inque ordinem quendam redacta, uelut locum illum spatiosiorem p. 91, 9—25, qui desideratur in RBv sine ullo sensus detrimento, alia redigenda *censorio stilo denotans*, ut Augustinus de sese iudicauit, neque uero opus suum perpoliuit aut absoluit. appendicis instar est, qui septimus hodie habetur liber cum additis Donatistarum monumentis quibusdam, quae *in nouissima parte istorum libellorum ad inplendam fidem* ab Optato adiuncta (*p.* 16, 15; 22, 4; 28, 14 *sq.* 29, 16; 30, 13) unum Colbertinum seruasse gaudemus. quid denique de VII libro iudicandum sit, ex eo patet, quod iam in capitulo illo ex lib. VII in tertium translato de Donatistis recipiendis multo clementius senserit Optatus. quodsi primo illud capitulum libri tantummodo ultimi pars erat — id quod cod. G offert, libri septimi apparet ratio; sed quoniam in aliis codicibus caput illud et suo loco et in libro septimo legitur, haud scio an in codicum illorum archetypo locus, de quo agitur, redactoris cuiusdam opera sit insertus. ipsene Optatus transposuerit uel transponenda indicauerit, sane quidem dubitari potest.

Neque aliud quicquam efficitur ex libri V quaestione, quod ad eius extrema spectat. liber enim V quem nunc habet finem (c. 11), transpositione demum per Dupinium commendata inuenit. hic uero locus *(et ut uel sero — oportuit mori* 141, 11—20) in RBv prorsus omissus auctoritate unius codicis G nititur, in quo additus est capitulo octauo. quid igitur de cpp. 9 et 10 iudicandum est aliud nisi scripta esse ipso ab Optato amplificationis studio, ita ut liber quintus primum capite 8 additoque, quod hodie legitur c. 11 terminatus, mox adiectis cpp. 9 et 10 auctus fuerit? quodsi eius libri scriptor, ex quo RBv codices deriuantur, c. 11 additum inuenit capiti 8, quo loco tolerari nequit, et insuper capita 9 et 10 eidem libro adsuta, c. 11 ante c. 9 deleuisse uidetur utpote superfluum adiectis duobus deinceps capitulis, codicis uero G librarius et additamenta seruauit et pristinam libri V clausulam loco quidem peruerso. omnis sane de additamentis quaestio fulcitur et susti-

netur ea ratione, qua singuli libri terminantur. iam supra monuimus in librum III locum ex septimo libro transpositum esse. neque uero haec transpositio Dupinio suffecit: ex libri IV uerbis extremis mutuatus est libri III extrema (cfr. 101, 9; 117, 1), quae an eodem amplificationis et retractationis studio orta esse equidem haud scio. quodsi et lib. VII additamenta continet et in prioribus libris additamentorum specimina deteguntur uel suo loco uel alieno, duplicem traditionis fontem esse statuendum iam patet.

Dupinius de Optati libris optime meritus Hieronymi testimonio et quibusdam inter sex priores et septimum discrepantiis nisus librum illum primo reiecit (*nouv. biblioth. des auteurs eccles. p.* 118), codicibus inspectis additamentum quoddam triplex ad tres Optati libros declarauit, ita ut l. VII cpp. 1, 2, 3 ad librum primum, cpp. 4, 5 ad finem secundi uel quarti, reliqua quae de Macario agantur, ad tertium librum reuocanda uideantur. siue retractationis siue additamenti studio ortum esse illum librum persuasum habemus, in Siricii papae commemoratione, quam supra attigi, haud scio an nodum quaeras nullum. immo Siricii nomen catalogo pontificum Romanorum postea insertum documento nobis est Optatum libros suos iam editos uulgatosque recognouisse et auxisse. eodem pertinet, quod in episcoporum Donatistarum numero Macrobius inducitur uiuus (*p.* 37, 18) et sub finem eiusdem capitis duo illius successores Lucianus et Claudianus adferuntur (*p.* 39, 8) — sed cfr. paulo infra marginalia in cod. G.

Titulus librorum

Optati libri plerumque laudari solent additis uerbis „contra Parmenianum Donatistam“ uel similibus, quae ne unius quidem codicis fide probantur. nam singulorum librorum inscriptiones subscriptionesque nihil offerunt aliud quam *Optati Mil. libri* I (II . . .) uel *Incipit (Explicit) Liber* I (II . . .) *s. Optati.* in codice tantummodo Remensi ad finem libri ultimi addidit librarius *aduersus Parmenianum scismaticorum auctorem.* quare satis mihi uisum est inscribi librum neglecto quod ex bibliothecarum catalogis inrepsisse uidetur additamento.

Argumenta singulis Optati libris in codicibus praefixa in adnotationem criticam reseruaui haud dubie ab Optato abiudicanda. attamen perantiqua esse illa iam ex eo intellegitur, quod codices uetustate principes PA alter argumenta omnia, alter qui a septimo tandem libro incipit, eiusdem libri praefationem exhibent. praeterea reliqui codices argumenta suo loco praebent; sed intercidit primi libri praefatio in G et haud scio an in Tiliano codice omissae fuerint, quo usus Balduinus argumenta neglexit omnia. Petropolitanus cod. septem illas praefationes suo ordine dispositas offert iteratque primi et secundi libri argumenta suo quodque loco. quin etiam adeo conexa fuisse uidentur cum librorum initiis, ut argumenti V extrema in eiusdem libri exordium transmissa exhibeant codices nonnulli. unus codex Cusanus, editionis principis fons et auctoritas, prae ceteris multo copiosius perhibet argumentum libri VI. qui uero in editionibus singulis librorum capitibus praefixi sunt indices, hos omisi nullius codicis auctoritate nitentes. Argumenta librorum

Iam supra indicaui Optatum compluribus in locis ad Actorum siue Gestorum uolumina reuocare legentes, quae libris suis appendicis instar addita esse profitetur. atque his testimoniis ita utitur, ut uel sententiarum summam uel uerba uerbis expressa adferat (*cfr.* 16, 14; 25, 20; 27, 19). horum testimoniorum exempla quaedam in uno codice Colbertino seruantur, quae omnia ad Donatistarum historiam pertinent illustrandam. sunt decem numero monumenta, quae licet non omni ex parte cum Optati opere contexenda tamen non inepte addi uidentur, quippe quae oculis quasi subiciant Donatistarum res contentiones refutationes. iam Dupinius haec monumenta in editionem suam recepit et qui postea eius recensione sunt libenter usi, ne monumenta quidem neglegenda esse duxerunt. singulae autem eorum partes inprimis ingenia allexerunt, qui Donatiani scismatis occulta dubia pugnantia explanare sibi proposuerunt. quo in numero habentur Ferd. Ribbeck (Donatus und Augustinus, Elberfeld 1858), Martin Deutsch (Drei Aktenstücke z. Geschichte des Donatismus, Berlin 1875), Dan. Voelter (Der Ursprung des Donatismus, Freiburg i. B. Appendix

1883), O. Seeck (Ztsch. f. Rechtsgesch. 1889, X. und Ztsch. f. Kirchengesch. 1889, X. p. 565). sed quae a duobus illis posterioribus quaestionum summa erat declarata, nuperrime sagacissimum exciuit insectatorem abbatem L. Duchesne, (le Dossier du Donatisme, Rome 1890), qui et Optati fidem a Seeckio perculsam et documentorum quorundam integritatem in dubitationem uocatam defendere ac uindicare conatus est. ex his iam patet, quam arta inter Optatum rerum Donatianarum scriptorem et pleraque illorum monumentorum intercedat necessitas. sed altera insuper causa commotus decem illa monumenta in appendiculam reieci. scatent enim mendis omnis fere generis, inprimis „Gesta apud Zenophilum“ et „Acta purgationis Felicis“, quae iam Baluzius miscellaneorum libris inseruit II, p. 81 & 91 — et id quod longe grauissimum est, interpolationum et transpositionum uestigia adeo certa possunt indagari, ut consulto falsa atque corrupta uideantur inprobanda esse. quae lis quoniam adhuc sub iudice est, non alienum putaui textus constituendi causa unum illum adiri fontem Colbertinum, ex quo cum Optati fragmentum tum monumenta illa peti licet. scopuloso sane difficilique loco uersatus iterum iterumque cognoui adeo non contigisse mihi, ut omnes tollerem naeuos, omnes expedirem difficultates, ut aliorum ingenio et acumini reseruarem, quae mendosa et peruersa ipse sanare parum ualui. proinde peritiores ad opus aggrediantur sudore non indignum!

Codices Non ita multos codices ad Optati recensionem suppeditari ubi intellexi, nihil antiquius habui, quam ut noua rei criticae adiumenta inuestigarem uel saltem latibulo excitarem libros, qui olim adhibiti nescio quo abiisse uidentur — uelut Tilianus ille, quo Balduinus in adornanda editione usus erat. quo in opere desudans atque elaborans codices latinos Petropoli adseruatos offendi, quos K. Gillert perscripsit (*Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde* V, *p.* 243 *sq.*), quo in numero Optati quoque liber est ita

P insignitus: *Lat.* 25. *Q. v. omd.* I, 2. est membr. miscell. litteris uncialibus nitidissime scriptus saec. V uel VI

fol. non 276, ut ex subscriptione in fol. 276^{b} colligi potest, sed fol. 277, cum fol. 52 bis numeratum sit (52, 52^{a}). eadem illa subscriptio continet notitiam: *Ex Museo Petri Dubrovsky Parisiis* 1792. Petropolitanus praeter 40 Origenis homilias Optati librum primum et secundum (fol. 244^{a}—276^{a}) et omnium librorum argumenta seorsum a libris perscripta (fol. 243^{a} — 244^{a}) exhibet; singula folia (27 : 22) discripta sunt 28 lineis.

Petri Dubrovsky nomen annusque appositus 1792 in ea reuocant tempora, quibus multae Galliarum bibliothecae spoliatae expilataeque sunt; quae si accuratius cognoscere uelis, inspicias L. Delisle, *le cabinet des manuscrits* II. 52 *sq.* Petropolitanum in bibliotheca Sangermanensi olim fuisse adseruatum non est negandum atque eum esse librum, de quo legitur in *nouveau traité de diplomatique* III, *p.* 45: *ce manuscrit* (nr. 718) *du V ou VI siècle . . renferme les homilies d'Origine et les deux premiers livres d'Optat de Mileue (cfr. praeterea ibid.* VI. *p.* 639; III, 149; Delisle, *le cabinet* II, *p.* 55, *nr.* 718). ex eodem fonte scimus sub ann. 1710 M. de Harlay, archiepiscopum Parisinum, dono dedisse codicem illum bibliothecae Sangermanensi. atque hic Sangermanensis in eo librorum numero fuisse uidetur, qui a. 1638 ex monasterio illo Corbeiensi sunt ablati. exstant enim eiusdem bibliothecae Corbeiensis catalogi nonnulli antiqui s. XI, XII, XIII, quos in unum congessit Gust. Becker (*catalogi bibliothecarum antiqui, Bonnae* 1885; *cfr.* Delisle, *le cabinet* II, 428) atque catalogus s. XI. adfert: *nr.* 55 *Optati Milibitani episcopi libri septem ad Parmenianum scismaticum.*

Sane quidem mirum est, quod in duobus aliis s. XII et XIII catalogis Optati liber manuscriptus habetur nullus. quoniam in bibliotheca Sangermanensi Optati libros primum et secundum adnexos fuisse Origenis homiliis constat ex notitia s. l. et catalogus Corbeiensis s. XI septem libros exhibet de Origenis operibus tacens, uel duos fuisse Corbeienses Optati uel unum illum iam laceratum peruenisse in bibliothecam Sangermanensem colligi licet. etenim codicis librarium omnes Optati libros in archetypo suo habuisse iam inde diuinari

potest, quod sub ultimam Origenis homiliam argumenta omnium Optati librorum praemisit libro primo. praeterea notandum est omisisse Montfaucon (*bibl. bibliothecar.* II, 1134) Sangermanensem illum, qui eius aetate haud dubie in coenobio s. Germani adseruatus est *(cfr. nouveau traité l. l.)*

Codicis quaterniones numeris sunt signati, in altera quisque pagina; qui Optatum exhibent, ita: fol. 238 q̃ XXX, f. 246 XXXI, f. 254 XXXII, f. 262 XXXIII, f. 270 XXXIIII. membrana plerumque crassa et integra attenuatur inde a fol. 271, rugosa tactu est fol. 273—275.

Codex qui inscriptione ad libr. I prorsus caret, ab uno librario nitidissime scriptus — *De scriptore Tubalis Caini* (?) *Iunioris* in ultima pagina addidit manus recentissima — perpauca correctoris manui recentioris reliquit emendanda. sed neque librarius neque corrector lacunam paulo ampliorem intellexerunt, quae a fol. 271ª incipit et unius folii spatium complectitur (*p.* 55, 3). unumne folium interciderit, pro certo affirmari non potest, quia quaternionum signatura in fol. 270 occurrit ultima; uerisimile contra est folium illud iam defuisse, cum codex bibliothecae Petropolitanae traderetur, quod tunc temporis singulae libri paginae continuis numeris signabantur sine ulla damni notitia.

Rarissime compendiis et ligaturis usus est librarius, nisi quorum usus est tritissimus uelut: *christus, deus, dominus, spiritus sanctus* alia. de rebus orthographicis haec memoratu digna uidentur: 1) consonantes mutantur *cristianus, anticristus, crisma, scisma, scismaticus* (sed sub finem codicis *schisma-ticus)*, *anthiocia, archa, carthas, chartaginis chatedra, chirta, chorinthiis, macharius, sepulchra; blasfemare, faretra, frygia, pamfilia, profeta; scribtura, scribtum, (de)labsis*, sed *optulit.* 2) uocales: *adpraehensos, aedacitas, conpraehendit, conpraessit, graessus; decim, inbicillis, plibem, proficisse, colligerit*, sed *trebus; numedia; cylicia, sygillum, prosylitum; eseias, poblicanus.* denique notanda sunt *eclesia, paradissus, praesumtio, dereliquid, inquid, zabolus* (*cfr.* Rönsch, *Itala p.* 457: zabulus = diabolus *sq.*). praepositionum quae uocatur adsimilatio

fere ubique neglegitur *(cfr. adnullare, adpeto, adcommodo, adfirmo, adtendo, conparo, conpello, conloco, conpleo, inpedio, inmemor, inlaesus, inpleo, subpono).*

Codicem pretiosissimum intercedente academia Uindobonensi meum in usum A. Kreisberg Petropolitanus summa diligentia contulit, cuius comitate multis de rebus etiam atque etiam edoctum obligatum deuinctum me esse non negauerim.

Codex Aurelianensis numero 169 signatus, membr. miscell. A litteris uncialibus exaratus, saec. VII *(cfr. catal. génér.* XII, 91, *manuscrits de la bibliothèque d'Orleans, par Septier, p.* 108). hic liber et uetustate et bonitate praestantissimus fragmenta solum libri VII exhibet, a praefatione illius libri incipit et sub finem capitis secundi explicit. quod etsi ualde est dolendum, tamen laetis animis lacinia illa fruamur, quippe quae ignotum adhuc rei criticae adiumentum adferat idque non infirmum. quae praeter Optati in hoc codice contineantur fragmenta, non est quod pluribus explicem: S. Brandt (Sitzungsber. d. philosoph. hist. Classe d. Wiener Akademie, 110 p. 167), G. Hartel (ibid. 110, 1), Ed. Hauler (ibid. 111, Wiener Studien 1886, p. 315, 1887, p. 25, Revue de philologie X, 113—131) copiose ornateque de Aurelianensi disseruerunt. ab uno edolatus librario, qui ipse multis locis errata emendauit, alteram correctoris manum expertus est Aurelianensis aeque antiquam facilemque distinctu atramenti colore. codex *Ex Libris mon. S. Benedicti Floriacensis* depromptus 19 in fasciculis 55 folia continet — 60 numerat Septier *l. l.* — 29 lineis discripta. Optati fragmentum a folio 4^a incipit, desinit in folio 6^b. membranam multis locis plane detritam exesam perforatam esse lacunarum copia non mediocris sat luculenter demonstrat. in primo fasciculi, quod Optati continet fragmentum, folio leguntur haec: *Uncial. litteris exaratum annos* 900 *superat* et u. s. *Tres foliis constat.* illud *tres* ex *quatuor* correctum uidetur, quae suspicio praeterea eo augetur, quod fragmenti nouissima primo in folio indicata *dum pauca commemoro, ipsius sci Petri beatitudo tribuat* (*p.* 172, 2) desiderantur in codice. S. Brandt comparatis singulorum foliorum spatiis

probauit, quae hodie in fragmento Aurelianensi leguntur extrema et quae sequuntur usque ad locum supra laudatum (*dum pauca* sq.) unius folii eiusque quarti spatium expletura esse.

De rebus orthographicis pauca adnotari sufficiat: *aeclesia*, (plerumque **eclesia*), *queri* = quaeri, *uolumtate, profetam, scribtum, aput, pululare, iandudum, seperatio* iuxta *separatio, separare.* manus inprimis altera *u* litteram suprascripto *b* emendauit: *deuitoribus, duuio, nouis, siui.*

Codicis exemplar accuratissimum intercedente academia Uindobonensi Ed. Hauleri curae ac diligentiae grato animo debeo.

C Codex Parisinus nr. 1711 membranaceus (27 : 19) miscellaneus s. XI exaratus, olim Colbertinus nr. 1951 siue Regius 3979 (*cfr. Montfaucon b. b.* II 953) 37 foliis constat 3 28 linearum. depromptus est ex monasterio s. Pauli Cormaricensi (Cormery sur Indre), quod testatur duplex nota in fol. 37[b] adpicta: *Hice lib sci pauli apostoli cormaric**** et paulo infra *Hic est liber sci pauli co**** *ricensis sci optati.* Parisiis nunc adseruatus unus est ex manuscriptis, qui ex monasterio illo prodierunt (*cfr.* Delisle, *le cabinet* II, *p.* 358 *s. u.* Cormery). hic liber non totum exhibet Optatum: plus dimidiam partem libri VI — in catalogo Parisino minus accurate: *pars fere dimidia* — et librum VII (fol. 1—16[a]), cui nonnulla ex libro III inculcata sunt (fol. 13[b]—14[b]); reliqua desiderantur. excipiunt uero inde a fol. 17[a] monumenta ad Donatistarum historiam pertinentia, quae in appendicem huius editionis recepi. subscriptio litteris maximam partem uncialibus confecta haec legitur: *Expliciunt sct Optati epi libri numero VII uel gesta purgationis Caeciliani epi et Felicis ordinatoris eiusdem nec non epistola Constantini. Amen.*

Quamquam in exarando codice librarius accuratam diligentemque manum praebuit, iterum iterumque alios recognouisse emendasse addidisse oculorum iudicio patet, uelut numeri foliis perpetuo adpicti, uoces concisae in margine adscriptae aliaque correctoris industriam produnt. atque ratio uerba distinguendi

et sententias cum ad primam tum ad alteram manum redeunt. iteratus est usus manu inprimis altera unum uerbum uel plura sub ultimum folii uersum ponendi, ita ut repetantur subscripta in folio sequenti, ex qua consuetudine rasura quaedam explicari potest fol. 15^{b}: non debere damnari *(ras. 3 litt.);* sequitur autem fol. 16^{a}: *aut* accusatorem. ex argumentis, quae hic illic in margine adscripta Optati uerba plerumque reddunt, hunc in modum collocata sunt duo:

fol. 2^{b}	*inuocatione nominis xpi polluta sct ficari*	uel fol. 9^{b}	*Bono unitatis beat' petr. uenia ê secut'*

quae argumenta nec ubique nec cum consilio probabili apposita recentioris librarii curam scripturae indiciis produnt. paucis tantummodo foliis in calce adscripta sunt litt. uncial. uel: *Optati* VI uel *Lib sct Optati* uel ita, ut in sinistro folio *Lib sct*, in dextero *Optati* VI oculis praebeantur. hoc loco non praetermittenda putauerim, quae ad folia septimum librum continentia pertinent. liber sextus explicit fol. 7^{a} et eadem in pagina incipit lib. septimus. quae uero sequuntur tres paginae (fol. 7 '8^{ab}) nulla in fronte gestant indicia, in fol. demum 9^{a} offertur: *Optati* VI — non VII — qua ex nota in fol. 9^{b} 10^{a} numerus VII radendo in VI mutatus est; eandem manum experta sunt folia sequentia usque ad fol. 14^{a}, quod inscriptione prorsus uacat cum reliquis. extremo tandem libro in folio 16^{b} *lib.* VII ex VI correctum est.

De rebus orthographicis haec, quae non semel correctoris manum indicant: h positum aut omissum: *^{h}ostensos*, *hiidem*, *cohercitio*, *cirtha*, *diochesis*, plerumque *macarius* itemque *corintis*, *galatis*, *tesalonicensibus*, *core*, semel tantum *nihilhominus*, *caritas* et *charitas*; *ebitudo*, *austus*, *umanus*; *scisma*(*-aticus*) iuxta *schisma*, *f*=*ph*: *caifae*, *finces*. *ae* et *e* litterulae confunduntur: *saeuere* et *seuerior*, *praescientia* et *prescientia*, *repraesentet*, *prcferri* et *repres* . . . *praef.*, *presbyter*. constant scripturae *heresis*, *in (ad) herere*, *letandum*, *praemereris*, *inpraessa*, *praetiosus;* de *ae* uel

e final. cfr.: malo *inpie* mentis, reipublice, sanctissim*e* *(sic)* legis catholic*ae*, litteris qu*ae* recitat*e* sunt e. q. s. c. — de praepositionum adsimilatione iam manus prima magna ex parte certas obseruauit regulas. genuinam praepositionis *ad* formam seruant *adfirmare*, *adstare*, *adsistere*, *adserere*, *adsolui*, *adtendere*, *adtulerat* aliaque; raro uariatur scriptura: *adsensus*, *assensus* *ap(p)ellare;* adsimilatio offertur uerbis *allegatio*, *apparare*, *arrogantia*. semper adsimilatur *cum* ante *r* uelut *corrumpere*, *corripere*, ceteroquin praeualet forma *con* uelut *con*petere, *con*minari. uariatur usus *con(m)*munis, *con(m)munio*, *con(m)mendo*, *con(m)parare* alia; constat scripturae usus *commemorare*, *(ad)commodare*, *commonere*, *commouere*. suam formam plerumque praep. *in* retinuit uelut *inlaesa*, *inlotus*, *inlecebrae*, *inmutare*, *inpellere*, *inperare*; adsimilatur in uerbis *impius* (*-pietas*) *implere*, *impetus*, uariatur *in(m)mundus*, *in(m)ponere*, *in(m)pedire*; iterum iterumque legitur *inrelegiosus*. praeterea notanda sunt: *oppressus*, *obprobrium*, *optulit* (semel *ob*tulit), *subplere; exsistere* et *existere*, *exsurgere* iuxta *expectare*, *extinqui*. nonnumquam syllabae perperam diuisae leguntur uelut *pers-pecta*, *ins-trumenta*, *constiterit*, *fas-tidis* alia rarissime correcta; farraginis instar addi licet errata uelut *dycam* (= ducam), *simbolum*, *bybliotheca*, *contempnendus*, *cludere*, *incolomis*, *cosul*, *inquid*, *relicus*, *rauidus* (= rabidus), *scena*, *uixillarius*, *exuserit*, *ocultare*, *prouintia*, *pernitiosus*, *iuditia* et scripturae ambiguae ut *epistula* (*epistola*), *paenitentia* (*poen . .*), *promptus*, sed *depromtus*, *religio* (*-osus*) iuxta *relegio*, *chrisma* (*chrysma*), *praesbiter*, *presbiter*, *praesbyter*, *presbyter*.

Raro manus scribentis coniunxit separanda uelut: *agentibus anobis*, *aueritate*; plerumque praep. *a*, non *ab*, ictu notatur, raro *ad*, *o*. de litterarum syllabarumque compendiis parce adhibitis itemque de emendandi ratione — litteris deletis additis suprascriptis coniunctis (cfr. diuinaelegis = diuinae legis) — nihil notandum uidetur insoliti.

Quae in appendicem reieci *decem monumenta uetera ad Donatistarum historiam pertinentia*, in uno hoc codice adseruari iam supra commemoraui. proponunt reuera haec non unum

nodum, qua scatent et intellegendi difficultate et sanandi. multo rarius inspecta fuisse haec monumenta a ueteribus iam patet ex eo, quod in hac codicis parte, quae notis in margine adscriptis prorsus uacat, rariora curae emendatricis reperiuntur uestigia.

Hunc codicem intercedente c. r. academia Uindobonam missum ipse contuli quam potui diligentissime.

Codex Parisinus numero 13.335, olim Germanensis nr. 609 (1248) membranaceus saec. XV (23 : $15^1/_2$) constat foliis 65, quae tricenis quinis implentur uersibus praeter folia 24^a et 65^b uno uel pluribus lineis minus capacia. in calce folii litterula A signati leguntur: *S. Optati Mileuitani Episcopi Libri septem cum librorum argumentis,* paulo infra in rasura *d'Artis*; litterulae illi appositum est Νόος εἰς θεὸν ἀρθεὶς *Anacr. (de Gabriel d'Artis cfr. Haag, la France protestante I, 139).* in altera eiusdem folii pagina manu haud dubie antiquiore scripta sunt *Optati Mil. LIBRi septem una cum librorum argumentis quae desunt antiquis exemplaribus quamquam etiam possint ex hoc codice in pluribus locis notabilibus emendari.* folium numero 1 signatum infra ultimum uersum offert: *Bibliotheca S. Germani a pratis cong. S. Mauri* 609 *n.* 1268. subscriptionem in extremo folio seruatam excipiunt haec manu recentiore exarata: *Ex libris fratris nicolai bridault* et paulo infra *In labore requies.* omnia fere folia praeter 42^b, 43^a, 44^b, 45^a praebent in calce litt. rubr.: *Sancti Optati* in sinistra, *Liber primus (sec. tercius..)* in dextra parte. hic liber ab uno librario scriptus et bene traditus complures expertus est correctores, quorum emendationes in margine plerumque leguntur cum adnotationibus ad Optati uerba inprimis spectantibus. ex his describi licet nota marginalis fol. 2^a *sic duplessis mornae* (= du Plessis-Mornay, *cfr. nouv. biographie général par Didôt, tom.* 36 *p.* 618—620) et in margine fol. 3^a ad Optati uerba operis sui partitionem continentia numeri 2—6 appositi sunt, librorum utpote indices, praeterea haec manu recentissima: *hinc collegisse ud. s. hieronim lib. de scriptor. eccles. sex libros tantum ab optato scriptos esse sed* G

dicendum sex quidem tantum prius factis post septimum additum ut responderet quibusdam obiectis. et uerum est . . . et praefationes huius ms. ostendunt. ter saltem hunc librum recognitum esse notarum ostendunt uestigia marginalium in fol. 36^{b}, ubi sub finem libr. III additum est m. 2 *desunt nonnulla*, quibus subscribitur m. 3 *immo exstant in fine lib.* 7, suprascribitur m. 1 emendatio loci cuiusdam *non quem.*

Quod orthographiam attinet, codicis librarius et multis et grauioribus uitiis omnino abstinuit. sed saepissime peccauit in syllabis uel uitiose coniunctis uel distinctis sicut: *aqua* (= a qua), *ate*, *abominibus*, *confusione* (= confusio ne), *inculcenteas*, *ineternum*, *medicitis*, *permanus*, *supernos; a-masse* (*-rendoribus* = arae nidoribus, - *spectus*), *ad-mixta, ad-ulterinos*, *de-lapsos* (*-territi*), *iam-nesentis* (= iamne sentis), *pre-meris purpura-scit*, creberrime uerba cum praep. *in* composita uelut: *in-albari (-auditus, -commoda, -habitare, -lota, -maturus, -nata, -quam, -pressa, -sepultus, -trepide, -uitare).* uocales creberrime confunduntur *e* et *ae* uelut: *cecitas*, *cedere*, *demon*, *edificium*, *egyptus*, *eramentum*, *estimo*, *estus*, *grecia*, *iudeus*, *letari*, *merere*, *palestina*, *penitet*, *phariseus*, *querere*, *questio*, *seculum*, *seuire*, praep. *pre*, *preter*, *e* final. passim. *e=oe: fedus*, *mechus*, *pena*, *cepi* passim. commutantur *i* et *y: martiria*, *proselitus* (*simbolum* et *presbiter* compluribus in locis); *chyrografa*, *cymiteria*, *dyabolus*, *dyacones*, *Dyonysius* (rarius), *syna*, *syon*, *ydolum*, *ydoneus*, *ymago*. *h* perperam additum uel omissum: *charior* (charitas), *cartha*, *cathaclysmus*, *galathia*, *lachrima*, *thirus* et *tyrus*, *thobi* (= Tobias), *thorus; austus*, *crisma*, *ebetudo*, *pulcritudo*, *taurinus* et *thaurinus*, *tracia*, *ypocrita*. *b=u: beneficio.* confunduntur *c* et *t: bonifacius* (sing. loc.), *duricia*, *(in)iusticia*, *(re)nunciare*, *preciosus*, *saciare*, *tercius* (fere ubique); *cappadotia*, *conuitium* (semel recte), *inimititia*, *iuditium*, *martionis*, *mendatium*, *prouintia*, *puditicia; t=s: respontione*, *dissentio; f=ph: chyrografa*, *fantasma*, *faretra*, *finees*, *fotinus*. consonantes uitiose geminatae uel omissae: *affricanus* (sed *africa*), *anullinus*, *asscribere* (sed *ascribi*), *collentes*, *facille*, *inpullerat*, *lammina*, *querellae*, *repperiri*, *uaccare* (singillatim); *adisce*, *balthasar*, *ampula* (iuxta *ampulla*)

thesalonicenses. ubique scribitur *nichil* (*-o*), (*non*) *nunquam*, *nunquid*, *oportunus* (*-itas*), *scisma* (*-ticus*), *tanquam*, *temptare*, *unguere.* uariatur scriptura: *cathe (ti) cuminus*, *ting(u)ere.* addi licet praeterea: *contempnere*, *epistola*, *imbecillus*, *iocundus*, *optulistis*, *quotidianus* et mendosa singula: *diucletianus*, *elemosynis*, *repuplica*, *substanctia*, *uesto*(= uestro).

In hoc codice capitum distinctio in omnibus libris et primi libri argumentum desunt. non raro librarius minio ornauit litteras principales, uno loco sane inepte in media sententia a linea (131, 17 *post*). libri folia quattuor peruerse intexta (dico XVII, XVIII, XXI, XXII) hunc ordinem postulant, ut inter fol. XVI, XVII inseratur XVIII eademque ratione XXII inter fol. XX, XXI (*cfr. adnot p.* 48, 1)

Et hunc librum intercedente summo Ministerio huc transmissum ipse contuli.

Codex Remensis exaratus saeculo VIII ineunte signatus 221, R (nr. 138 Montfauc. II 1237, nr. 221 Haenel catal. p. 394), membranaceus 4° (27 : 22) constat foliis 65, quae uicenos quaternos continent uersus. quaterniones I—V sunt signati in infimo margine: fol 8ᵇ I; f. 16ᵇ II; f. 24ᵇ III; f. 32ᵇ IIII; f. 56ᵇ III (sic); reliqua quaternionum indicia una cum membranae iacturis interciderunt. hunce librum olim in bibliotheca abbatiae S. Theodorici prope Remos fuisse testatur notitia imo in margine fol. 1 adscripta: *liber ecclesiae sancti theoderici. anathema sit auferenti.* ab uno eoque diligentissimo edolatus librario alteram praeterea correctoris manum, id quod iam ex atramenti colore colligi potest, expertus est, qui partim in margine, partim supra litteras emendata adnotauit, uelut *ad* ante *s* uel *t*, *con* ante *p* uel *r*, *in* ante *m* uel *r* mutauit: *adscribi*, *adsensus*, *adsolet*, *adsumis*, *adtendere* (non corr. 97, 18, 19); *conprimere*, *conrumpere* (nil mutat. 110, 6), *inmutabilis*, *inmotae*, *inruere.* emendauit praeterea *acciperant* 132, 2; *bucelam* 110, 21; *decim* 109, 4; *detractare* 139, 8; *turabula* 148, 16. 18 alia, ubique fere *postolare* emendauit m. 2 uelut 78, 13; 152, 9. 20 (sed cfr. 68, 4). manus prima qualis fuerit, ex his potest

cognosci: uox 'eleemosyna' legitur *elemosyna* 73, 16, *elemosina* 74, 14, *elymosyna* 75, 2, *elymosina* 81, 3; *unguere* uariatur cum *ungere*, *caticumenus* cum *cathicumenus;* constanter scribitur *contempnere*, *dampnare*, *iocundus*, *oportunus* (*-itas*), *scisma* (*-ticus*), *temptare*, *tinguere*, *urguere*.

aduerbia in *e* desinentia partim *ae*, partim *e* praebent uelut *studiosae* 40, 17, *nefarię* 54, 20. *e* et *ae* confunduntur passim, uelut: *cecus*, *cedes*, *demon*, *eramentum*, *fariseus*, *grecia*, *heretici*, *inlesa*, *iudei*, *merere*, *palestina*, *penitere* (*-entia*), (recte 60, 13. 17) composita cum praepos. *prae (precepta)*, *querere*, *questio*, *seuire;* *e* final. passim; *aecclesia*, *aequi*, *caelebrare*, *praeces*, *praeciosus*, (*com*)*praehensus*, *praemere*. *e*=*oe: fedum*. *i* et *y* confunduntur: *cataclismus*, *misteria*, *presbiter*, *simbolum*, *siria*; *chrysma*, *cymiteria*, *paradysus*, *syna*. *c* et *t: milicie*, *pacientibus* (*-ter*), *seculum*, *spacia; commertium*, *iuditium*, *pernities*, *prouintia*. *f*=*ph: chirografa*, *fantasma*, *faretra*, *fotinus*, *frigia*. *h* uitiose: *archa*, *danihel*, *gabrihel*, *habundare*, *macharius*, *sepulchra*, *thorus;* *h* omissum: *corus*, *crisma*, (*chrysma* 85, 16), *kartago*, *scola*, *tracia*. praeterea *d* et *t* (*adque*, *inquid*), *u* et *b* (*acerua*, *intrabit*) saepissime confunduntur. rarius consonantes geminantur (*anullinus*, *effesus*, *uellitis*) uel omittuntur (*baltasar*); semel legitur *tincxit* 129, 16. singulares scripturae sunt: *aspirare*, *conmodare*, *exultatio*, *hebitudo*, *dioclytianus*, *loquuti*, *nabugodonosor*, *subcumbere*, *superscribtus*.

Remensem meum in usum contulit C. *Wotke*, iterum inspexit A. *Haberda*.

B Codex Parisinus membranaceus nr. 1712, olim *Baluzianus* nr. 290, in 4° (26 : 19) saec. XIIII scriptus a duobus uel tribus librariis Optatum fere totum continet fol. 67, quae binis columnis triceni uersus, inde a fol. 17 uiceni quini complent. qui liber cuius bibliothecae olim fuerit, ex titulo patet fol. I praefixo: *de conuentu sct. dyonisii Rem.* alter qui librum possedit fuit Stephanus Baluzius (*cfr. Delisle, le cabinet des manuscrits* I, 364; *Deloche*, *Etienne Baluze sa vie et ses oeuvres*, *Paris* 1856) cuius nomen addito numero 290 subscriptum est titulo supra laudato. in libri huius tegumento glutine inserta est

notitia quaedam gallice conscripta, qua cognoscimus, quem hodie Optati codicem Parisinum in manibus habemus, fuisse unum ex numero illorum sex manuscriptorum, quos „l'abbé Rousseler ancien Theologat de peronne se fait un plaisir de remettre entre les mains de Son Eminence M'gr. le Cardinal de Rohan.“ in his libris praeterea duo fuerunt conscripti ab ipso Baluzio et Johannis Maldonati opera Parisiis confecta. ex altera eademque gallica inscriptione edocemur codicem nostrum emptum esse a. 1729 „de l'abbé Rousseler ancien Theologat de l'eglise coll. et royale de Peronne en Picardie.“ quoniam Baluzium a. 1718 diem obiisse supremum constat, abbatem illum quantum scimus codicem nostrum post Baluzium possedisse necesse est. sed qua ratione in manus Baluzii, qua in Rousselii peruenit codex ille? redeamus ad libri nostri incunabula, in conuentum s. Dionysii Remensis. hac in urbe sedem archiepiscopalem obtinuit medio saec. XVI Carol. Mauric. le Tellier *(cfr. Delisle, le cabinet* I, 302*)*, cuius bibliothecae manuscriptis opulentissimae aliquamdiu praefuit Philippus Siluius *(cfr. Jöcher, Gelehrtenlexikon* IV, 968*)*. is uir eruditissimus Maldonati, de quo supra diximus, operibus edendis singularem nauasse operam dicitur et ex eiusdem Philippi Siluii nomine unum Optati codicem nuncupat Dupinius, quem praeter reliquos quattuor in editione sua adornanda (a. 1700 et 1702) adhibuit. qui codex sub Philippi Siluii nomine deperditus renascitur, ut mihi uidetur, codex Baluzianus. nam non solum quae inter Remensem et Baluzianum intercedit necessitudo eadem est atque codici Philippi Siluii a Dupinio attributa sed etiam quae in alio codice Parisino, de quo postea disputabimus, dico Sangermanensem nr. 11623, ex Siluiano excerpta leguntur, fere ubique cum Baluziani lectionibus concordant. uerisimile igitur est Siluium bibliothecae Tellerianae Remensis aliquamdiu antistitem ex libro abbatiae s. Theodorici Remensis Optati opera uel ipsum exscripsisse uel exscribenda curasse, quo exemplari usus est Dupinius. mox hunce librum in suam bibliothecam rettulit Baluzius, qui indefesso studio codices antiquos totam per uitam uenatus in apographis tum demum

acquieuisse dicitur, cum archetypi parandi prorsus nulla erat facultas *(cfr. Delisle, le cabinet* 365*)*. quo mortuo in bibliothecam regiam peruenit. inde depromptus quibus tum casibus iactatus sit ille codex, ex tertia inscriptione colligi potest in fol. B supremo in margine seruata: „c'est un de volumes de la collection de M. Baluze le quel avoit esre enleué depuis que le catalogue fut imprimé. on a marqué le defuit à la marge du meme catalogue imprimé ainsi. le Roy a payé deux fois ce volum.“ itaque codex iste bibliothecae regiae nescio quo casu non restitutus in manus abbatis illius Rousseler peruenit, a quo iterum non sine pretio emptionis suum in locum rediit.

Scripturae aspectus ipse docet codicem nostrum a pluribus confectum esse librariis, quorum primus paruis utitur litteris iisque saepissime correctis et coloribus rubris caeruleisque ornatis, alterius scriptura inde a fol. 17 magnopere ex bibula laborat membrana et quinis uersibus minus columnarum spatium implet; tertia manus maioribus litteris multisque compendiis notabilis est. pro quaternionum numeris in plerisque foliis qui dicuntur „custodes“ adscripti sunt infimo in margine, uelut fol. 8^b, 16^b, 24^b, 32^b... 56^b; fol. 64 uero uacat. qui librarii etsi scriptura inter se diuersi mendorum sane copia simillimi uidentur. non semel syllabae sensu carentes coniunguntur uelut: *qui abalice ábasilice* 16, 10; *fonteri uulus* 17, 17; *acer uicibus* 23, 22; *deo reprophete* 41, 3; *iacta reuoluisti* 119, 8; *si salienus* 47, 23; *dua euidentur* 48, 9; *qui atraditoribus* 92, 5; uel peruerse distinguuntur sicut a/chaia, a/it, *a/lieno, a/postolo, des/tructa, e/nim, o/blata, pos/tulatum*, y/sayam, saepissime praepositiones *a* (*ab*) *de, in,* rarius *inter, per, pro* sequenti uocabulo adpinguntur, ita ut nonnumquam uerborum nascatur ambiguitas uelut *amari* = a mari 34, 7, *auite* 45, 3, *abortu* 35, 17 *adeo* 85, 7, *ingentibus* 35, 5, *inuia(m)* 39, 22; 40, 7. 14, *infidelis, desponsis*. cfr. praeterea: *auobis, deuia, exoceano, inore, indicendo, inunctum, interceteras, prote, promerito*. alia huiusmodi sunt: *facillum, orabida, sanctieritis, quodexcurrit, usqueadoccasum, proculdubio, negaremini ne* (= negare

minime 142, 4). neque minus crebro syllabae leguntur peruerse distinctae uelut: *a-lexander* 37, 3, *as-modeus* 69, 6, *hi-spanum* 44, 10, *hos-tum* (= hortum) 46, 24, *nec-is* 64, 10, *sed-erunt* 40, 14, *semi-nata* 73, 6, saepissime praepos. *ab, ad, in, inter, per, preter.* atque sescenti sane adferri possunt loci, in quibus pro *rt* errauit librarii manus scribendo *st*, quod uitium etiam atque etiam emendatum non prorsus sustulit correctoris opera. leguntur enim: *castago (Kastago*, sed *Kartago* 75, 9*)*, *casta, cesta, compestis, confesta, conuestisti, consostium, cohostes, desesta, euesterent* (non corr. 61, 12. 17. 20); *(h)ostus, hostari, hostamenta, incestc, libestas, mostem, mastir* (saepe non corr. cf. *mastiria* 68, 10), ubique fere *pastem* (*s*), *pastiri* modo correctum, modo intactum (cfr. 48, 12; 49, 13; semel *partem* 95, 5), *pestinet, reuesti, tastareo, testio, uestitis, uistus* seu *iustus* (= uirtus)

Sed latissime patet usus confundendi litteras *a* et *e* (ubique fere *e* pro *ae* final., *pre* et *preter*), *e* et *oe, i* et *y,* (semel *epyscopus, epystola*), *u* et *b, e* et *i (decim, hebitudo). h* uel additur (*archa, danihel* iuxta *daniel* 79, 17. 18. 20, *habundare, iherusalem* 70, 10 — *ierusalem* 70, 17. 18 — *iheremias, lauachrum, lintheamen, macharius* iuxta *macarius; michi, nichil* uariatur cum *nil, nihil* 46, 9, *perhennis* 115, 7, *scismathicus* et *scismatichus, thorus;)* uel omittitur: *corus, crisma, eucaristia* (recte 53, 21), *Kartago, ortus, scola. f* = *ph; efesus, fantasma, faretra, finees* (*fines* 88, 4), *fotinus, frigia.* creberrime usurpatur *c* pro *t*: *eciam* 47, 6 (plerumque *et-iam*), *fidencius, gracianus, ingencius, maxencius, (pro)nunciare, pacienter, paciebatur, precium(-iosus), saciasti, sediciosus, spacia, transgluciendos, tercius* (singill.), *uiciosus;* praeterea substantiua desinentia in *tia, tio, tium* uelut: *duricia, ignorancia, (in)iusticia, milicia, pudicicia, sentencia, stulticia; appellacio, conlacio, correpcio, disputacio, oracio, persecucio, presumpcio, racio, trucidacio; flagicium, hospicium, palacium, sacerdocium, silencium* et genet. plur. *credencium, gencium, presencium, uociferancium.*

t = *c: gretia, iuditium* (recte 79, 1), *mendatium, prouintia* (recte 96, 3) *suspitio. t* = *d: aliquit, aput. c* = *s: dissentio incilencium.* consonantes geminatae: *admississe, affrica (-anus), aufferre* (recte 127, 7) *anullinus, deffectum, deffendere, erramentum, mittellae;* simplices: *acusandam* 86, 21, *comunio* 47, 8, *excusa* (= excussa), *suficere, tesalonic.* falso intrusae: *buscella, calumpnia, contempnere, excercitus, psalomon, scrobrem, sol(l)empniter;* cfr. praeterea *euuangelium(-licus), χpristus* 71, 17. uariatur scriptura *intelligere* et *intellegere, scisma* et *schisma, damnare* et *dampnare, contemnere* et *contempnere;* constanter offertur *iocundus, oportunus, exurgere, exultatio, nunquid, tanquam, tinguere, quod(ubi)cunque, unguere.* Parmeniani nomen mox *permenine* 102, 13, mox *parmenine* 114, 2 legitur. singulis tantum in locis praebentur *coagolare* 50, 11, *menbris* 50, 10, *scandela* 109, 17 (recte 109, 19), *nabugodonosor, persequutio, subcumbere.*

Hunc codicem summa liberalitate huc missum ipse qua potui diligentia contuli.

Matériaux In bibliotheca nationali Parisina praeterea codex adseruatur Sangermanensis nr. 11623 s. XVIII. hic liber est Optati editio a Priorio curata (a. 1676), cuius in marginibus et iuxta et infra textum a duabus manibus uariae lectiones ex Colbertino, Parisino (G), Philippi Siluii codice adscriptae sunt ita, ut Colbertini notae in margine infimo, utraque alia iuxta Optati uerba (sinistro in latere Siluianae, dextero Sangermanenses) legantur. quae cum ita sint, in hoc manuscripto apparatum reperimus criticum, qui nouae editioni parandae a nescio quo adornatus est, id quod indicat notula: *matériaux pour une edition d'Optatus* — cfr. inventaire des manuscrits de s. Germain nr. 11504—14231. hunc librum tum non neglegendum esse putaui, cum de Philippi Siluii codice illo iam in tenebris errabam, incerta quidem spe ductus ex hoc manuscripto Siluianas lectiones in usum nouae editionis recuperari posse. quas scripturas a Carolo Vrba summa diligentia et opera exscriptas cum perspicerem et cum notis editionis Dupinianae

compararem, in codicem incidi Baluzianum, in quo Siluianum illum hoc nomine frustra inuestigatum agnoui. itaque superfluum duxi lectionum specimen augere locis ex Sangermanensi illo seligendis, quamquam qui ex eodem manuscripto exscripsit non ubique recte legisse, recte adnotasse uidetur.

Excerpta nonnulla ex Optato continet praeterea codex Parisinus nr. 8790 A inde a fol. 67ª — 69ª, qui in catalogorum indicibus omissus ad crisin nihil prorsus adiumenti adferre potest. idem ualet cod. Tolosanus nr. 468 (*cfr. catal. génér.* VII)

Restat, ut codicis Cusani, ex quo editio princeps a Cochlaeo confecta est, mentionem saltem faciam, quamquam hunc librum frustra a me inspiciendi causa qua decet humilitate postulatum huc transmitti tandem mihi negatum est. adseruatur in bibliotheca hospitali Cusana sub nr. 30 siue C. 7 codex miscellaneus s. XV, qui Optati sex tantum libros continet his uerbis a manu recentissima additis: *liber VII qui est spurius desideratur*. iam Cochlaeum librum septimum in hoc codice non inuenisse postea apparebit. Cusanus

Desiderio quodam adhuc angimur codicis Bobiensis nr. 23132 s. X. (*cfr. Muratori, antiqu.* III, 817; *Becker, catal. bibl. antiqui p.* 64, § 32) et codicis illius Tiliani, quo Balduinus editionem suam exornaturus alteram usus est nouo eoque pretioso criseos adminiculo. sed iam Dupinio, qui centum fere quadraginta annis post Balduini curas Optatum denuo recensuit, hunc librum „uidere non contigit“. Bobiensis ille „libros Optati episcopi contra Donatistas II“ continens et Tilianus adhuc usque deludunt oculos latibula inuestigare uel fati quasi occulta aperire cupientes. tamen unus Balduinus, qua est in rebus criticis grauitate, nobis pro libro etsi deperdito esse potest — sunt enim plerumque Wolfio teste libri *surda oracula*. idem ipse „historiam carthaginensis collationis“ suam prooemiaturus Iohannem Tilium episcopum Meldensem (*de quo cfr. Delisle, le cabin.* I, 285) compellat scribens: „cum hisce diebus Optatum nostrum, quem ope *tui codicis* iterum emendatum .. edere instituo“ e. q. sq. et alio loco (*commentar. rerum ecclesiast. p.* 1.): Tilianus

„altera haec editio — dicit suam — duobus manuscriptis.. subnixa, quorum alterum Io. Tilio episcopo Meldensi... debemus“, eundemque codicem Tilianum profert in adnotationibus ad Optati libros III, IV, 5 (p. 108, 17), inprimis VII pertinentibus. in loco postremo libr. VII spurium sese aliquando suspicatum mutasse sententiam suam profitetur „cum hic liber reperiatur in tribus quibus usus sum manuscriptis.. bene autem habet, quod multae paginae, quae desiderabantur, inuentae sunt in Tiliano exemplari et postrema pars, quae in eo deerat, in aliis exemplaribus exstiterit“. ex quo patet Tilianum librum praebuisse librum septimum etsi non totum et quae in aliis codicibus desiderentur, in Tiliano fuisse seruata. atque iam eo peruenit disputatio, quod grauissimum diiudicandi adferat momentum, dico interpolationes quae feruntur libri VII, ex uno codice Tiliano descriptas. sunt omnino sex loci magis minusue spatiosi, quos Balduinum secutus in hac editione libro septimo attribui: 1) p. 159, 16 — 163, 26; 2) p. 165, 2 — 167, 33; 3) p. 168, 10 — 13; 4) p. 170, 12 — 14; 5) p. 171, 3 — 5; 6) p. 172, 21. 22

Lib. VII Iam supra explanauimus hanc esse libri postremi summam, ut in traditores traditorumque filios multo maiore cum indulgentia ac facilitate proferantur sententiae, quae sane abhorrere uidentur a seueritate quadam animique rigore in reliquis libris expresso. quam discrepantiam sublaturi ad retractationis confugimus coniecturam, qua probata et additamenta illa ex Tiliano deprompta, inprimis duo priora eaque spatiosa haud scio an reici non possint. atque primum hi loci duo et sententiis cum libro septimo optime cohaerent et, uti Optati erat, nonnulla continent, quae iam supra tractata erant, dico inprimis de Moyse exempla ex sacra scriptura petita (Exod. 20, 13. 14; u. indic. II). neque offendimur in dicendi genere, quod Dupinio nescio quibus causis suspectum erat. at probabilem, inquies, modum capitis primi ambitus excederet, si Tiliani additamentum hoc loco inculcaretur, quod negare minime in animo est. sed ut omittam capitulorum distinctionem haud dubie non ab Optato esse profectam et in prioribus quoque

libris capitula maioris ambitus inueniri (uelut II, 1. 25; III, 3. 4; IV, 5. 6; V, 1. 5. 7; VI, 1), mordicus, ut dicitur, teneas uelim, quae sit libri postremi indoles utpote neque absoluti neque perpoliti. accedit, quod locis illis quam disertissime patrocinari uidetur Tiliani ceterorumque codicum comparatio, quod interpolationum attinet sedem. leguntur in Tiliano (p. 159, 16): bono pacis *unitatem facere debuerant* etiam et ipsi — quamquam et si illorum *unitas fieret* et si ad ecclesiam *e. q. s.* (p. 163, 26); in reliquis manuscriptis: bono pacis *unitatem facere (unitas fieret ARB) debuerant* et si (e. s. *om. CG*) ad ecclesiam *e. q. s.* potuisse intercidere in reliquis, quae Tilianus habet, similitudine uerborum *unitatem fecere* et *unitas fieret* in oculos incurrere arbitror, praesertim cum in tribus manuscriptis *unitas fieret*, quod habet Tilianus pro Colbertini et Germanensis codd. lectione *unitatem facere*, reapse legatur. utramque igitur lectionem Tilianus in hoc loco habet. ceterum silentio non praetereundum est in margine fol. LVIII, 1 adnotasse rubrica manum recentissimam in cod. G *omissio?*, quae uox ad lacunam in G statuendam haud dubie spectat. eadem fere ratio est alterius loci (p. 165, 2 — 167, 33). in Tiliano legitur: delinquatur cum et *temporibus* — non uoluntas. *temporibus unitatis* e. q. s.; in reliquis: delinquatur *temporibus unitatis*. unum idemque illud *temporibus* lacunae ansam praebuisse uerisimile est. praeterea sententiarum ordo et in hoc altero additamento libri septimi tenorem aeque redolet ac prioris additamenti, dico traditorum excusationem, qui necessitate, non uoluntate peccauerint. at duo haec additamenta quam artissime sententiis unum quasi alterum excipere fortasse offensioni esse potest, praesertim cum in secundo loco et ratiocinationis et exemplorum genera nonnumquam minus grauia, ne dicam inania et futilia uideantur (cfr. p. 166, 25 sq.). sunt enim eadem fere in utroque loco exempla biblica (Moyses legis tabulas frangens, arca testamenti ab Israhelitis tradita, legis libri a Ioachim rege incensi), eadem fere repetitur conclusionis ratio (cfr. 163, 20—22; 167, 31 sq.) neque tamen desunt secum pugnantia uelut p. 167, 32 et 168, 5.

sed ex hac difficultate facile te expedias ratione habita, qualis sit totius libri septimi indoles utpote non absoluti perfectique. qui si specimen quoddam praebet singulis locis inculcandi et reficiendi, non temerarium esse arbitror illud primum additamentum amplificatione et emendatione ortum ex altero additamento iam suo loco inculcatum fuisse, cum alterum uelut primi exemplum librarii errore in eundem librum sit intrusum. notandum denique est in Sangermanensi manum recentissimam iterum rubrica adscripsisse *omiss.* et illud *adde* uerbo *temporibus* praefixum in AR turbati ordinis moyere suspicionem.

Quae sunt reliqua minoris ambitus additamenta stant caduntue, prout de duobus prioribus constitutum diiudicatumque est. tertius ille locus interpolatus (p. 168, 10—13) repetitionem continet paucis uerbis comprehensam eius sententiae, quae in duobus prioribus copiosius explicata exemplisque firmata erat. nimirum quidem hoc loco conclusio illa desideratur, quae antea (p. 163, 22 sq.) cognoscitur necessaria. atque quod quartum attinet additamentum (p. 170, 12—14), item iterato uocabulo *repellere* lacunam in reliquis manuscriptis ortam esse haud incredibile uidetur. praebet enim Tilianus: nostra est non solum uos non *repellere* — unitas fieret bono pacis non *repellere;* reliqui: nostra est bonum (bono^{um} CG) pacis non (uos non RB) *repellere.* repetitur illud *repellere* utrimque, ex *bono*, quod cum Tiliano concordat, correctum est *bonum* in CG, denique uariatio illa *uos non* (RB) cum Tiliani lectione item congruit, quae argumenta genuinam esse interpolationem illam euincere possunt. duo extrema additamenta alterum (p. 171, 3—5) uerbis *apud homines* cum complet locum sacrae scripturae saepius prolatum, tum sententiam postea explicatam (172, 14 sq.) uerbis *grauius est enim* e. q. s. ex consulto uariare uidetur; post uocem *negauit* (*u.* 7) manus eadem recentissima crucem apposuit et in margine adscripsit *omiss.* alterum tandem (p. 172, 21. 22) Petri apostoli comprobat laudes argumentatione ex Matthaeo deprompta; nam *quod instinctu dei patris hoc dixerit*

idem ualet atque illud **Matthaei 16, 17**: *quia caro et sanguis non reuelauit tibi sed pater meus.*

Neque uero praeter additamenta illa in hoc libro omnia inter se consonant. de transpositione capitis 6 ex libro VII in librum III, quo transposito sic demum plane digneque terminari librum III Dupinius censuit, iam supra diximus. tamen idem uir doctissimus non offensus est eo, quod quae libri septimi omnibus in codicibus sunt extrema — c. 6, 7 — non minus de Macario unitatis operario agunt quam locus ille transpositus. quodsi unus ille locus propter Macarii res commemoratas ex libro septimo reiectus est, et utrumque alterum eadem de causa remoueri aequum erat, ita ut liber extremus capite 5 finiretur, quod fecit Balduinus. sed ita fugias ne praeter casam, ut aiunt: capitis enim 6 prima in omnibus libris leguntur: *sed ut ad paulo ante dictum* (*dicta*) *redeamus iam ad illum locum* e. q. sq. illud *paulo ante* in libro VII commode referri posse ad librum VI quis ausit persuadere ? sin autem et capp. 6, 7 tertio libro adsueres, profecto nihil lucri adferret haec transpositio. nam neque postremus liber exitum haberet probabilem et liber tertius, cuius finis transposito illo loco haud incommodus uidetur, in extremis mutilatus et codicum silentio truncatus exsisteret. itaque non mirandum est ipsam libri septimi rationem finemque ex incondita quam codices praebent traditione patefieri. id unum denique monendum uidetur additamenta illa Tiliana et in Sangermanensi 11623 (matériaux..) desiderari. nam adnotatio uoci *ueritatis* adscripta (p. 180, 2): *cetera laccrata sunt in MS°* ~~tribus~~ (sic) *aut* 5 *foliis. Ex alio MS° antiquiore sequentia obseruauimus* partim ad B pertinet, qui profecto uerbo illo explicit, partim ad R, qui codex sane antiquior spatiosiore lacuna (p. 180, 5 — 181, 1) interruptus reliqua ad finem usque persequitur.

Restat, ut de fide ac cognatione singulorum codicum, quos huius editionis supra percensui fundamenta, rationem reddam. quod librorum attinet antiquitatem, in diuersissimum discedunt P saec. V uel VI et G s. XV. tamen mira nescio qua causarum serie hi libri unam codicum familiam repraesentant, quorum

De criseos fundamentis

proprium est referri ad retractata, ut hac uoce utar, Optati uerba. cuius disputationis quamquam maxima pars apparatus critici continetur explicatione, tamen hoc loco ut probanda
PG probentur, nonnulla praedicari atque repeti licet. atque primum concordant plerisque in locis, qui retractationis uestigia manifestant uelut: 5, 14 *denotant* (detrahunt); 7, 15 *commemoratio* (com..onem faceres); 10, 8 *baptizari potest* (baptizatur); 24, 9 *pro facto schismate iratus* (p. neglectis mandatis suis iratus); 24, 16 *auido hiatu* (a. ore); 28, 1 *reuerti licuisset et nec ad Carthaginem accederet* (reuertenti ad carth. contingeret); 28, 16 *inter haec Donatus* (cum haec fierent Donatus); 29, 16 *habetur uolumen* (habentur u...a); — cfr. 28, 15; 33, 24 *terminos* (limites) — illud *terminos* ex psalmo praecedente mutatum — 35, 5. 7 *inter gentes* (in gentibus) — itemque ex sacra scriptura correctum; 49, 18 *ad..libertatem redisse contigerit* (ad...libertatem factam esse constitit); 50, 13 *latebat* (iacebat); 50, 16 *sacra sacrilega* (sacrilegia); 51, 14 *ab eiusdem temporis* (illius temporis); 53, 13 *memoriam custodem debere esse mendacis* (m. c. habere esse mendacem) — cfr. praeterea 11, 6; 15, 20; 21, 8; 22, 6. 11; 23, 20; 26, 8; 27, 13; 30, 4; 31, 4. 6. 10; 53, 15; 57, 4; 59, 23; 60, 12; 63, 9; 65, 2. 20; 66, 3. neque uero conspirationis exempla desunt transpositis additis omissis uerbis uerborumque formis mutatis uelut *transposita*: 10, 22; 13, 2; 23, 17; 32, 9; 37, 11; 40, 16; 45, 3; 48, 16; 50, 19; 54, 17; 63, 7; 64, 1 — *addita:* mortuum—lingua 64, 12; non curat—deus 64, 16; et deo crediderint 66, 8; inuenistis—euertisse 61, 17; in psalmo XIII 52, 7 (*cfr.* decimo 58, 7); et carnibus 49, 14; uel exusserit 30, 4; id est 29, 17; in capite 60, 6; in me 57, 3 *(u. Uulg.)*; cfr. praeter locum biblicum suppletum (59, 5) 8, 22; 28, 6; 29, 1. 5; 30, 10. 15; 35, 14; 39, 18; 41, 10; 43, 8; 46, 23; 50, 21; 53, 15; 54, 19; 63, 21; 66, 11 — *omissa:* et 20, 9; 23, 5; 25, 3; 35, 20; 48, 15; esse, fuisse 42, 9; 31, 4; et reliqua 27, 18 (praeterea 3, 11; 4, 19; 19, 10; 31, 3; 35, 11; 40, 2. 10; 57, 15; 63, 6) — *tempora modique mutata:* 3, 5;

4, 21; 13, 1. 10; 23, 2. 15; 43, 5; 54, 15; 58, 7; 64, 14 — *personae numerique mutatio*: 4, 8. 20; 13, 2; 15, 4; 28, 7; 37, 13; 49, 13; 63, 5; 66, 12.

Attamen in aliam sententiam haud scio an recte detorqueamur, locos si percensemus non ita paucos, quibus interpolatoris uel correctoris cuiusdam opera haud dubie in G cognoscitur, ita ut plerumque P et R inter se consentiant. atque huius operae palmare quoddam testimonium offertur p. 3, 8: *storiam* RB, *itoriam* P, *uictricem* G (sc. pacem); eandem uim auctoritatemque habent *addita* quaedam in G uelut: *quibus— respondeam* 5, 20; *iam posco* 6, 15; *dictum est uel* 23, 3; *in necem . . diuisoris* 24, 14; *humilitas* 57, 8; *usurpato ecclesiae nomine* 24, 21 (quae sane iterum leguntur in eodem capite 25, 6) itemque repetita sunt ex psalmo praecedente *cantate— nouum* 35, 2; *et* saepissime additum 14, 15; 17, 14; 24, 16; 34, 6; 39, 7; 44, 19; 53, 1; 60, 10; *in* 9, 7; 15, 8; 34, 4; 50, 12; cfr. alia addita 24, 22; 25, 4; 27, 2; 41, 9. 11. 13. atque plerisque in locis singulae uoces uariantur in G ut 19, 14 *redderet* (daret); 34, 14 *laboratis excludere* (fraudare laboratis PR); 6, 8 *exquirendam* (eruendam); 10, 17 *purior* (sanctior); 20, 17 *scriptum* (missum); 21, 18 *autem* (ergo); 26, 9 *principes* (iudices); 27, 10 *coagulatum* (clausum); 29, 15 *ordinare* (sordidare); 40, 1 *sciderunt* (scindere uoluerunt); 40, 9 *terminum* (conpedes); 53, 2 *inutilia* (hostilia); 54, 13 *uoluisti* (laboratis); 58, 10 *sauciati* (sagittati); 59, 15 *siletur* (silentium est); 59, 20 *inuenire* (facere); 66, 2 *plenis* (aequalibus). doctum quendam correctorem redolent emendationes in cod. G uelut *autumnitanus* (autem) 29, 21; *tradiderit* (ex Donatistarum Actis depromptum) loco *prodiderit* 30, 3 nec non in locis biblicis 43, 13; 59, 7. constructionis quae dicitur uarietas nonnumquam reperitur uelut 3, 5 *ex* (per) . . *natus;* 63, 12 *et trahitis* (ut traheretis); cfr. 10, 18; 16, 12; 18, 13; 38, 10; 61, 13. creberrime transponuntur uerba ut 5, 7. 10; 13, 16; 27, 8. 16; 43, 2. 10; 47, 21. 23; 53, 17. 20; 57, 2. 11; 62, 6 *bis.*

Etsi omnibus in locis supra prolatis Petropolitani cum

Remensis scripturas, quas uncinis inclusi, concordare non negandum est, tamen hi loci numero haud inferiores non eam uim habere uidentur, ut aliquid addant lanci contra affinitatem illam positam, quae intercedit inter P et G. etenim longe maximum numerum efficiunt uerba in G addita, in his saepissime illud *et,* uel transposita, et quae alioquin offeruntur discrepantiae, ad oculorum errores referri possunt aut interpolatoris haud indocti produnt operam, qui ex scriptura sacra, ex Donatistarum Actis, ex Optati ipsius uerbis intrudere non dubitauit, quae ipsi uiderentur addenda. atque si diligentius rimeris, quibus in locis inter se discrepent PRG, profecto multo artiora affinitatis uincula indagantur inter P et G, quod inprimis ex mendis corruptelisque colligi postet uelut: *in lege singulare* 13, 20; *profcta* (e) *ieiunio* 23, 19; *libro* (libello) 26, 6; *supra scribitis* (scriptis) 42, 18; *ornatus* (tornatus) 44, 17; *in cote* (cute) *acuistis* 63, 10. praeter locos in R lacunosos (27, 20; 50, 7; 59, 5; 61, 14; 64, 12. 16) haec addi lubet: *peccatoris (ca* expunct.*) uestri sumsistis* (promisistis) 58, 5; *inter paenitentia*(m) *et tormenta* 58, 12; *dolet deus in* (per) *Ezechielo* (-um) 61, 12; *toto die sub uobis* (uos) 66, 3. praeterea cfr. 27, 4; 30, 19; 40, 14; 42, 3; 52, 23 alia, quae lectiones cum Remensis scripturis comparatae affinitatis illius testes haud incerti exsistunt. denique quae emendationum specimina G compluribus in locis praebet, sanant scripturas in P, non codicis R genuinas uelut: *qui* 4, 18; *iaceat* 18, 6; *frater* 22, 16; *se rebaptizasse* 27, 5; *inuectum* 30, 16. igitur G propius accedere comprobatur ad P, ita ut unam uterque efficiant codicum familiam ex eodem fonte deriuati — nam ipso ex codice P descriptum esse G propter copiam discrepantiarum etsi non ita grauium minus habet probabilitatis.

Iam monendum est inde a libro tertio, cum destituti sumus Petropolitani codicis subsidio, in G sescenties offerri lectiones secundam auctoris nostri operam sat luculenter comprobantes. quarum maiorem partem adferemus, cum de necessitudine artissima, quae inter C et G intercedit, disputandi copia erit. qui restant loci, ad libros III—VI pertinent et sunt hi:

uestigia (indicia) 71, 15; *potestatem* (libertatem) 82, 5; *debuerant* (meruerant) 82, 9; *illo tempore* (tunc) 82, 16; *epistolas* (litteras) 82, 19; *mandatorum* (praeceptorum) 89, 6; *paruuli* (parui liberi) 91, 1; *scindere* (excidere) 93, 16; *scisscura facta* (scissa parte) 94, 3; *feritatem* (furem) 95, 20; *deus* (ille) 97, 1; *crupistis* (inruistis) 97, 7; *effecta* (mutata) 97, 18; *distrahi* (uendi) 98, 7; *uideatur esse timendum* 102, 11; *iustificationes* (iustitias) 105, 16; *mechis particulam* (adulteris portionem) 105, 21; *unde* (de quo) 110, 17; *adduxisti* (addideras) 111, 24; *lauauit deus* (abluet dom.) 128, 4; *unquam* (in aeternum) 129, 5; *tingeret* (baptizaret) 130, 1; *regna caelestia* (r. caelorum) 130, 8; *possident eum* (diripiunt illud) 130, 20; *uos uestistis* (induistis) 140, 16; *ut mihi uidetur* (indubitanter) 142, 2; *persuasit* (iussit) 143, 11. atque si Parisini lectionem *haec in principio initio* cum ceterorum *haec in initio* (119, 3) contuleris, haud scio an res purior ac dilucidior cernatur: mutandum illud cum mutato in textum irrepsit. praeterea frequenter in G mutatur quae dicitur sententiarum constructio (110, 5; 112, 14; 120, 3; 127, 6; 132, 5; 134, 18; 144, 5; 155, 11) et uocabulorum ordo (90, 4; 91, 9; 93, 20; 96, 3; 97, 10; 102, 6; 108, 5; 109, 23; 126, 3; 135, 18—20; 137, 18. 20). at grauioris sane auctoritatis habentur permultis in locis inculcata et inserta, inprimis in scripturae sacrae locis uelut 83, 18; 85, 23; 90, 3. 15; 94, 1. 17; 95, 2; 103, 15; 108, 5; 114, 5; 122, 23; 127, 17; 133, 18; 138, 25; 142, 5. 6 (u. argumenti extrema libro V praefixi p. 118). sed non ita magnus est numerus lacunarum in hac librorum parte, quas offendimus: 92, 15. 24; 96, 8; 107, 19; 108, 8; 110, 21; 124, 18; 125, 21; 126, 2 alia.

Iam ad alteram codicum classem transeamus libris RB repraesentatam. qui adnotationem criticam oculis ut dicitur obiter percurret, in unaquaque pagina codices illos coniunctos conexosque inueniet, ita ut artissimo affinitatis uinculo contineri inter se appareat. qua de re quamuis pluribus disserere superfluum uideri possit, tamen grauissima quaeque eruere non dubitauerim, quo manifestius in oculos incurrat ex RB

ipso codice Remensi alterum illum morosa quadam diligentia curaque descriptum esse. primum plerisque in locis codex B partim lectiones praebet, quae in R secunda demum manu correctae sunt uelut: *displicerat R, displicerat B* 41, 1; *uiuere*^{bibere} *portare*^{potare} R, *uiuere portare* B 44, 13; cfr. 35, 18; 42, 20; 88, 3; 119, 20. 21; 122, 14; 134, 5; 140, 24; 151, 9 — praeterea sunt uerba in RB repetita, in R expuncta, integra in B uelut 33, 4 — partim iam emendata ex Remensi recepit librarius Baluziani uelut 3, 5; 4, 8; 39, 20; 42, 1; 77, 6; 81, 6; 99, 4. 9; 123, 15; 139, 4; 179, 5, quae nonnumquam peruerse intellecta uel depicta uidentur uelut 24, 5; 48, 5; 96, 1; 120, 5; 146, 18; 168, 4. porro ex abundanti locorum copia, qui nisi duobus illis peculiares nusquam alibi seruantur, inepta uel peruersa notari liceat uelut: *inertibus* 11, 15; *cum illa* 13, 5; *apud circum cirtam* (circam B) 16, 10; *liliore* 22, 4 — cfr. 20, 22; 32, 3; 46, 12; 53, 5. 9; 63, 10; 72, 21; 84, 15; 101, 2; 115, 7; 149, 14; 150, 8; 153, 1. 15; 164, 11. huc pertinent numeri quidam tantummodo in RB corrupti uelut 60, 5; 68, 15; 71, 12; 104, 18; 127, 23. iam grauissimi sane momenti sunt, quae in libris illis desiderata alterius codicum familiae auctoritate (PG) comprobantur. in his inprimis praeter lacunas paulo spatiosiores (91, 9—25; 141, 10) notanda uidentur 49, 14; 52, 7; 57, 3; 60, 6; 64, 12. 16; 66, 7. 8: 70, 3; 71, 10. 21; 72, 5; 73, 10; 75, 21; 76, 19; 85, 7; 90, 17; 93, 6. 10; 95, 4. 14; 96, 22; 98, 1. 2; 106, 22; 118, 10; 125, 12; 128, 5. 9. 21; 132, 20; 135, 5; 141, 3; 143, 9; 146, 5; 147, 3. 14; 148, 7; 149, 15; 150, 1; 151, 16; 152, 1; 153, 9; 154, 24; 156, 8. 13; 170, 11; 172, 14; 179, 8. neque uero transpositionum specimina desunt affinitatis probandae testimonia, quo ex numero ad libri III locum unum uocari satis est (77, 18), ubi rerum continuatio seriesque et in R et in B foede turbata offertur. ad augendam denique argumentorum auctoritatem hoc loco repetendum est, quicquid lectionum iam supra prolatarum libris P uel PG peculiare retractationis uestigia demonstrare nobis persuasimus. iam restat, ut moneam

libri tertii prima ab extremo eiusdem libri argumento in RB perperam incipere, libri tertii ultima et suo loco et repetita in libro VII cum eisdem lectionum discrepantiis obseruari (99, 10), libri V caput ultimum a Dupinio suum in locum transpositum (cfr. 138, 26) prorsus desiderari in RB et in Cusano codicibus. quae tamen reperiuntur lectionum uarietates in RB perpaucae, profecto nullius momenti sunt aut numero aut grauitate uelut 35, 12; 41, 12; 45, 5; 122, 18; 134, 1; 147, 19; 151, 10; 168, 9; 172, 10 et simili ratione de transpositionis exemplis statuendum uidetur (12, 20; 45, 4; 47, 7; 57, 9; 153, 17).

Supersunt disputationi codices AC, quorum uterque muti- AC
latus ad nos peruenit. Aurelianensem quam proxime ad Remensem accedere ex his locis colligi potest: *errores* 158, 5; *ratio* (. . *one* R) ibid; *ne qui* 164, 11; *sonant* 164, 14; *adde temporibus . . nam principes* 168, 1; *supra dictum est* 168, 4, inprimis in loci principio ex Tiliano codice interpolati 159, 16; cfr. praeterea lacunas (168, 20; 169, 8), quarum prior rasurae uestigium in A offert. sed cum G faciunt paucula uelut 164, 7. 16; 169, 1. 12. 15; 170, 10; peculiares in A non multas reperimus lectiones: 159, 9. 10; 165, 1 *bis;* 169, 3. 11; 170, 5. utrum Remensis ex Aurelianensi fluxerit an uterque ex communi fonte, uix probabili ratiocinatione ex mutilatis laciniis, quae in Aurelianensi cŏdice traduntur, diiudicari potest. at de codicis Colbertini affinitate cum ex maiore fragmenti illius amplitudine tum ex bonitate multo certius probabiliusque discernendum uidetur. etenim perpauca habet cum Remensi communia uelut 99, 17; 145, 2. 10; 146, 11; 147, 7; 148, 4; 150, 11; 151, 5. 12; 152, 20; 158, 3; 168, 8; 176, 11; 178, 8; inprimis duos locos, qui in G interciderunt: 171, 20; 178, 14; at multo frequentior est lectionum consensus in C et G codicibus, quos non minus crebro inter se copulatos uideri licet in adnotatione critica quam alterius familiae libros R et B. ex locorum copia proponi lubet scripturas ineptas: 146, 19 *ingressis est;* 150, 12 *concupescuntur;* 169, 5 *scriptura muniuntur ager* (cfr. 147,

15); 158, 5 *(traditione)*, tum uoces pariter omissas 101, 5; 145, 7. 20; 147, 1. 21; 150, 4 (simul cum Fulgentio); 151, 2; 153, 2; 163, 27; 164, 10 et lacunae uestigium 99, 16. additamenta: 149, 21; 151, 10; 153, 3, inprimis 153, 18 et 180, 5—181, 1, quae desiderantur in Remensi. transpositiones: 100, 14; 101, 5; 146, 12; 147, 20; 150, 16; 151, 3. 11; 153, 16; 154, 9. 23; 155, 25. accedit quasi silua lectionum, quae ad retractationis operam spectare uidentur uelut 100, 8. 15. 17; 144, 21 *bis*; 145, 5; 146, 3; 147, 8. 18 *bis*. 20; 148, 15; 150, 6. 15; 151, 11. 19; 152, 3; *murauerant* 152, 5. (sed cfr. R) 13; *extorquenda . . duxistis* (eripienda dixistis) 152, 18; 153, 5. 7. 16 *(ipsos natales)*; 154, 4. 12. 21; 155, 1; 156, 21. 23; 157, 3; 159, 13; 163, 28; 174, 4 *(simplex* e. q. sq.*)*; 176, 4 *(nec hic . . .)*; 178, 19; 179, 4 *(uoluntate)*; 181, 21 *(arguere)*.

Cusanus

Cusanus codex, quem, ut supra dixi, oculis examinare non potui, una cum Remensi ex eodem fonte deriuatus uidetur. ubique fere locorum lectiones editionis principis, si quid in adnotatione critica monendum erat, Remensis et Baluziani codicum auctoritate munitas legimus, uel maxime quod locos attinet et transpositos (27, 18; 77, 18; 88, 4; 135, 18) et lacunosos (49, 14; 64, 12; 71, 10. 21; 76, 19; 90, 17; 91, 9; 93, 6. 10; 95, 4; 98, 1; 103, 15; 125, 12; 128, 5. 9; 130, 20. 22; 141, 3. 11—20; 143, 9; 146, 5; 147, 3—6; 148, 7; 152, 1; 153, 9; 154, 24; 156, 8, 13). simili modo contra reliquorum codicum auctoritatem argumenti extrema in caput primum transferuntur libri tertii et contra ea capitis primi initium argumento extremo applicatur libri quinti; utrimque Cusanus in societate RB codicum uersatur. sexti uero libri argumentum unus ille Cusanus re quidem par idemque, sed uerbis uariatum auctumque praebet. tamen nimis est uiolentum dicere Cusanum ex Remensi esse descriptum; nam sex tantum libros ille amplectitur neque plus Cochlaeus editione sua in lucem misit prorsus inscius desiderari septimum, et complures in Cusano traduntur lectiones peculiares neque ineptae (5, 14; 7, 6. 22; 9, 12; 13, 1; 14, 2. 3; 17,

12; 18, 5. 14; 24, 1; 38, 7; 39, 24; 40, 8; 54, 16; 58, 15; 62, 17; 63, 3; 65, 15; 69, 18. 19; 75, 23; 94, 22; 102, 9; 107, 15; 109, 14; 122, 13)

Quae cum ita comparata sit librorum condicio, iam statuendum est, ad ueram scriptoris manum rimandam quem potissimum codicum manuscriptorum sequamur ducem. quodsi ex libri VII condicione, ex locis huc illuc transponendis, quos codicum alius alio loco eosque nonnumquam repetitos uariatosque praebet, aliisque causis enucleatum est Optatum libros suos primum editos postea addendo amplificando corrigendo sat multis in locis recognouisse uel retractasse, id potissimum tenendum est hanc duplicem singulorum locorum exarationem et in codicum singulorum indole posse animaduerti: quae si recognitio ad finem usque esset perducta, ita ut Optatum ipsum opus suum incohatum propagatumque absoluisse cum quadam probabilitate possit concludi, quis dubitaret, quae uia esset ingredienda? ducem perquam probatum amplecteremur Petropolitanum codicem, qui primum in agmine locum cum uetustate tum bonitate obtinet, ita ut eo grauius dolendum sit, quod emendandi ratione in duobus primis, quos solos praebet, libris adumbrata nos deinceps destituat. sed cum retractationis opera incohata, non ad calcem prouecta uideatur, et alterius familiae codicibus auctoritatem quandam tribuere debemus, quamquam, ubi silet Petropolitanus inde a tertio libro, non plane destituti sumus, quoniam illius detrimentum aliqua ex parte codex G resarcire potest. neque uero in adhibendo codice G cautio quaedam ac diligentia est omittenda, quippe qui in duobus illis prioribus libris nonnumquam ab ipso Petropolitano recedens peculiares praebeat lectiones nusquam alibi probatas. atque inde a sexto libro codicis G auctoritas insigni sane Colbertini codicis grauitate fulcitur, quorum plerisque in locis consensus uel oculis perspici potest. quo fit, ut codicis G subsidio quidem certissimo supersedeamus necesse sit in libris III—V, in quibus pro illius libri manuscripti indole multa in contentione poni possunt, utrum Optati sint necne.

Iam uero codices in duas discedere familias eruere conabamur, prout cogitationes seriem sententiarum uerborumque collocationem aliaque praebent, quibus genuina librorum confectio describitur, aut addita, amplificata, correcta, quae alteram scriptoris operam redolere uidentur. illam familiam repraesentant ARB codices, quibus quam proxime accedit Cusanus liber editionis principis fundamentum, ad hanc classem referuntur PCG codices. cum uero, ut supra dixi, tantum absit, ut totum Optatus opus suum excusserit, ut in singulis partibus naeuos quosdam sustulerit, alia quasi dissona reliquerit, multa suo quaeque loco inculcanda congesserit, quibus ex laciniis liber ille septimus constare uidetur, non est quod doceam, quantopere sit peruersum ad unius solummodo codicis etsi perantiqui fidem exigere nouam editionem. in duobus igitur primis libris Petropolitanus praesertim cum G codice consonans criseos fundamentum est; a libro tertio usque ad finem auctoritatem fidemque inter se R et G codices dispertiuntur, ita ut omnibus in locis, ubi scriptorem optimo iure addentem augentem corrigentem, inprimis in scripturae sacrae locis, diuinari licet, lectiones G uel CG codicum priores partes agere mereantur. Aurelianensis c. est nimis lacunosus, Baluzianus adeo non proprius et suus, ut nihil faciant ad emendandos libros. quae si ita sunt, non omnia ad unguem explanata esse haud equidem negauerim; attamen ne sis iniquus, limatiora noli sperare, quam quae scriptoris manus etsi compluribus in locis emendatura nobis tradidit.

Editiones

Ex uirorum doctorum numero, qui perpoliendis Optati libris pro suo quisque modulo operam nauauerunt nouas editiones procurantes, tres potissimum pluribus uerbis adferri operae pretium uidetur: Cochlaeum, Balduinum, Dupinium, quorum aetate princeps primam Optati editionem a. 1549 sub-
v ornauit. Johannes Cochlaeus canonicus fuit Uratislauiensis in ecclesia cathedrali, qui cum inter belli Schmalkaldiensis tumultus in Conradi Bruni de haereticis libros sex summa qua potuit diligentia incubuit, Optati libros edendos suscepit editosque monasterii in Tongerlo abbati Arnoldo dedicauit hac inprimis

spe ductus, fore ut adiuuaretur correctiore magisque emendato exemplari ex illius bibliotheca copiosissima. ipse editionem suam nuncupat *festinatam* et codicem Cusanum, quo uno usus est, *ex antiquo codice quopiam mendose ab indocto librario scriptum et ab alio deinceps multo adhuc mendosius rescriptum.* ac profecto scatet Cusanus ille mendis omnis generis, inter quae ipso teste Cochlaeum frequenter torsit „indocta et indistincta aut potius male distincta scriptoris depictio, qui sine cura ueri sensus literas et syllabas uerborum male coniunxit aut disiunxit . . . uerbi gratia: feci tuos = fecit uos; a renidoribus = arae nidoribus; florentiatus eorum = florentia Tuscorum“ e. q. s. a. sed multo grauiores difficultates editori illi lectionum ineptiae ac peruersitates plerisque in locis et turbatus iterum iterumque sententiarum ordo attulerunt, quas etsi non omnes recte intellexit aut sagaciter expediuit, tamen aequius iustiusque de illius opera et opere iudicari decuit. est enim scripturarum sensu carentium adfatim in Cusano uelut 20, 1; 22, 4; 36, 8. 13; 38, 1. 21; 46, 24; 47, 11; 56, 15; 58, 13; 69, 11. 16. 22; 77, 7; 81, 4; 85, 4; 87, 20; 95, 18; 103, 3; 108, 14; 114, 3; 120, 2; 129, 17; 134, 14; 145, 15; 146, 7; 150, 4; 151, 10, qui numerus plus triginta locis augetur, in quibus Cochlaeus genuina uel suo marte diuinauit uel peruersa explanauit (cfr. 4, 6; 5, 16; 6, 2. 8; 13, 13; 17, 10; 20, 24; 27, 19; 38, 11; 45, 12; 47, 23; 64, 13; 67, 6; 76, 5; 124, 21; 143, 18; 152, 5), quae animaduersiones a sequentibus editoribus, inprimis a Balduino tacito quodam consensu receptae sunt. quod turbatum sententiarum ordinem attinet, codex ille Cusanus partim cum Remensi et Baluziano libris facit (77, 18; 88, 4), partim solus cohaerentia ac conexa transponendo disiunxit (84, 3; 86, 24; 100, 14; 112, 14; 119, 3), qua sane deprauationis causa non perspecta errasse Cochlaeum frustra emendaturum non est negandum. praeterea Cusanus lacunis maioris minorisue ambitus crebro uitiatur (4, 4. 14; 5, 3; 13, 2; 14, 22; 21, 9; 30, 3—5; 31, 7; 36, 5. 8. 10. 11; 43, 13; 60, 22; 64, 19; 66, 14; 93, 13; 95, 21; 109,

18; 121, 15; 122, 9; 125, 7—10; 132, 20; 134, 22; 145, 5). ad honorem Cochlaei uindicandum satisfactum esse puto. restat, ut commemorem ipsum praemisisse indici editionis suae, „compendium summarium e sex libris excerptum atque in capitula digestum“ prorsus alienum ab argumentis, quae in reliquis editionibus singulis singulorum librorum capitibus praefigi solent. neque capitulorum numerus concordat: libros nempe I, II, III, V in quindecim, IV in octo, VI in 10 distinguit capita. Cochlaei editio Optatiana ceteroquin ad tempora reuocat, quibus excusa est: sub indicem „summaria collatio Donatistarum ad Schismaticos huius temporis“ typis expressa est, qua Lutheri et Zwinglii studia contentionesque acerbissime notantur. de eodem Cochlaeo cfr. Lessingii nostri libellum „Rettung des Cochlaeus, aber nur in einer Kleinigkeit“ et Camerarium (Leben Melanchthons c. 40).

Quattuordecim annis post Cochlaeum noua Optati librorum
b recensio prodiit cura Francisci Balduini, cui Claudius Espencaeus, theologus Parisiensis, codicem nondum excussum dederat. tum sexto anno post secunda Balduina publicata est duobus fundata libris manuscriptis, quorum alter Tilianus ille fuit, de quo supra disputauimus. quamquam haec iterata editio sat multum profecisse uidetur in textu restituendo purgandoque, tamen non nihil sanationi relictum est. argumenta singulorum librorum, quos in capita disponere Balduinus neglexit, desiderantur; sed septimus liber in hac editione ut uidetur primum — nam priorem Balduinianam nescio quis casus oppressit — in lucem prodiit. quantum subsidii Tilianus codex editori suppeditauerit, iam supra monuimus. praeterea adnotationibus cum ad Optati libros tum ad historiam ecclesiasticam, inprimis collationem Carthaginiensem pertinentibus tanta subornauit diligentia, ut pleraque tenebris dissipatis aperta et explanata sint.

d Atque clauditur agmen, ut ita dicam, a Ludouico E. Dupinio, qui Optatum bis edidit, primum Parisiis a. 1700 et Amstelodami uno anno post, iterum eumque limatiorem Antuerpiae a. 1702. haec editio usque ad nostra tempora pro

firmissimo recensionis fundamento recte habetur, ad quam omnes libri postea repetiti referuntur. etenim praestantissima codicum RCBG praesidia e tenebris protraxit Dupinius, sat multa ad emendandum textum expiscatus ad unguem fere omnia complanauit, ita ut nusquam temere aut inconsulte peccauerit, ubi errauit. quo esset usui editio habilior, argumenta concisa singulorum capitum margini adscripsit, adnotationem criticam textui subiecit, aliorum notas et suas apposuit. Optati libros excipiunt praefationes et adnotationes Balduini, Albaspinaei obseruationes, monumenta uetera ad Donatistarum historiam pertinentia, indices.

De reliquis Optati editionibus Schoenemanni bibliothecam historico-litterariam patrum latinorum (p. I, 343 *sq.*) non sine fructu adibis.

Sed priusquam disputationi finem faciam, paucis commemorandum est praeter editores supra laudatos Mericum Casaubonum, ipsum Optati editorem (Londini 1631) et Gasp. Barthium debitas prae ceteris sibi laudes parauisse. nostratium ingenia nescio qua ratione Optati libris parum intenta uidentur, non quo prorsus in obliuione iaceret; immo citatur Mileuitanus ille episcopus, ubicumque de Donatistarum contentionibus agitur, sed uereor, ut frequentius legatur, saepius inspiciatur: plerique ne nominis quidem notitiam habent. attamen non prorsus torpuerunt studia Optatiana: Voelter, Deutsch, Duchesne, Seek aliique Donatistarum tempora studiosissime perlustrantes facere non potuerunt, quin Optati libros excuterent, et cum Carolo Paucker Hermannus Rönsch praematura nobis morte ereptus illorum ingeniorum agmen coegit sex ante annos de Optati genere dicendi disputans (Ztsch. f. österr. Gymn. 1884, p. 401 sq.); ipse ego quaestiuncularum specimen contuli ad *Eranon Uindobonensem* (p. 168) nuperrime editum. nihilominus ingrata quadam obliuione obrutus in bibliothecarum scriniis latet Optatus, ex quo Dupinius recensione sua edita et iterata criseos fundamenta posuerat duratura. sed nondum ad calcem decursum est: ueram scriptoris manum rimantibus et in hac editione, quae limatiorem recen-

sionem eamque ex librorum fide probatiorem reddere nitebatur, nonnulla aliorum ingenio, diuinationi, acumini reseruari uidebuntur, quod nemo sibi magis persuaserit quam egomet mihi. sed si pro mea parte aliquantulum contulero ad Optati studia renouanda, sat superque fructus laudisque me percepisse gaudebo.

Iam grata beneficiorum memoria eos prosequi decet, quibus praeter uiros doctissimos suo quemque loco laudatos neque consilio neque opera mihi unquam deesse placuit. inprimis Guilelmo de Hartel huius opusculi et auctori et adiutori, qui multa in me iampridem conlata beneficia beneficiis de integro cumulare non destitit, memori piaque mente gratiam debeo amplissimam. singulari opera et indefessa commoditate Iosephus Zycha in plagulis corrigendis et admonitionibus et emendationibus amicitiae munera sat multa et pretiosa expleuit. praeterea sua quisque comitate officioque me deuinxerunt E. Gottlieb, A. Haberda, S. Reiter, A. Swoboda, quos omnes ex uerbis pressis tenuibusque gratum animum non mensuros esse confido. neque minus in me beneficiorum contulit c. r. academia litterarum Uindobonensis, c. r. summum Ministerium, bibliotheca nationalis Parisina, quibus subsidia critica summa liberalitate mihi suppeditata debeo. utinam quae Gerhardus quidam Lorichius in Optati laudem et commendationem olim cecinit, et his diebus eueniant:

En uenit Optatus optato tempore nostro
Haereses aduersus dogmata sacra ferens.

Dabam Uindobonae mense Februario anni MDCCCLXXXXIII

Carolus Ziwsa.

Sancti Optati Mileuitani

Libri VII.

A = codex Aurelianensis saec. VII nr. 169 (fragmentum.)
B = codex Parisinus saec. XIIII nr. 1712, olim Baluzianus nr. 290.
C = codex Parisinus saec. XI nr. 1711, olim Colbertinus nr. 1951.
G = codex Parisinus saec. XV nr. 13.335, olim Germanensis nr. 609 (1268).
P = codex Petropolitanus, olim Corbeiensis, saec. V uel VI nr. Lat. Q. v. omd. I. 2.
R = codex Remensis saec. VIII ineunt., nr. 221.
v = editio princeps Mogunt. 1549 (auctore Io. Cochlaeo).
b = editio Balduina altera, Parisiis 1569.
d = editio Dupiniana, Antuerpiae 1702.

LIBER PRIMUS.

1. Cunctos nos christianos, carissimi fratres, omnipotenti deo fides una commendat, cuius fidei pars est credere filium dei dominum iudicem saeculi esse uenturum, eum qui iampridem uenerit et secundum hominem suum per Mariam uirginem natus sit, passus et mortuus et sepultus resurrexerit; et antequam in caelum ascenderet, unde descenderat, christianis nobis omnibus storiam per apostolos pacem dereliquit. quam ne uideretur solis apostolis dimisisse, ideo ait: quod uni ex uobis dico, omnibus dico. deinde ait: pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. igitur pax christianis omnibus data est, quam rem dei esse constat, dum dicit: meam; cum autem dicit: do uobis, non solum suam uoluit esse sed et uniuersorum in se credentium.

9 Marc. 13, 37 10 Ioh. 14, 27

OPTATI MILIBITANI LIBRI NVMERI VII (*rubr.*) *R fol. 1*[a], Optati (O *rubr.*) Milibitani libri numeri VII *B fol. 1*[a] *1*, Optati liber primus (lib. prim. *rubr.*) *G fol. 1*[a], *inscriptio deest in P*; *additur in PRBvd huius libri argumentum* (*quod bis legitur in P: una cum reliquorum librorum argumentis fol. 243*[a] *idemque repetitur initio huius libri fol. 244*[a]*)*: In hoc libro primo (*om. P fol. 244*[a]) continentur qui in persecutione fuerint traditores et causae (caus[a]* *B m. 2*) scismatis (schismatis *RB*) et ubi *(coniunctum in B)* et a quibus scisma sit factum (In hoc — continentur *et* ... tores — et ubi et *litt. uncial. rubr. in R*) 2 Cunctos—fratres *(rubr.) P*, Cunctos (C *rubr.*) *BG* 4 dei deum *PRBvb*, dei iudicem *d* 5 uenerat *RBvb* et (*eras.*) *R*, *om. B* ex maria uirgine *G* 6 natus est *vb* mortuus sepultus *PRB*, passus mortuus et sepultus *v* resurrexit *Bvb* 7 antequam ascenderet celum *G* et unde *P* 8 nobis *om. PB* storiam *RB*, [h a]itoriam *P*, uictricem *G*, suam *vb (cfr.* storia *apud Commodianum, apol. 151 ed. Domb. et Archiv f. lat. Lexikogr. III 147)* pacem per apostolos *PG* derelinquit *RB*, dereliquid *P* 9 demisisse *P* uno *P* 11 si igitur *RBv*, sic igitur *b* 12 cum dicit *vb* 13 suam esse uoluit *P*

2. Quae pax si, ut data erat, sic integra inuiolataque mansisset nec ab auctoribus scismatis turbaretur, inter nos et fratres nostros hodie non esset ulla dissensio, nec illi inconsolabiles deo lacrimas facerent, quod Esaias propheta testatur, nec falsorum uatum nomen et actus incurrerent nec ruinosum ac dealbatum extruerent parietem nec minus astutas sed tantum simplices euerterent mentes nec male inponendo omnibus capitibus manum euersionis uelamenta obtenderent nec maledicerent deo nec rebaptizarent fideles nec nos euersas aut occisas innocentium animas doleremus, quas prius doluit deus per Ezechielem prophetam dicens: uae facientibus uelamen super omne caput et super omnem aetatem ad euertendas animas. animae euersae sunt populi mei et maledicebant mihi in populo meo, ut occiderent animas, quas non oportuit mori, dum adnuntiant populo meo uanas seductiones. et tamen admissa sunt haec ab his, qui nostri sunt fratres.

3. Sed ne quis dicat inconsiderate me eos fratres appellare, qui tales sunt, ab Esaiae prophetae uocibus [increpati] exorbitare non possumus. quamuis et illi non negent et omnibus notum sit, quod nos odio habeant et execrentur et nolint

4 cfr. Es. 22, 4; Optat. III, 2. 6 cfr. Ez. 13, 10; Optat. III, 10. 11 Ez. 13, 18

2 scismatum *G* et inter *G* 4 propheta *om. vb* tectur (sta *suprascr. m. ant.*) *B* 5 nomen actus (act *in ras.*) *B* 6 exstueerent par (*sic*) *B* minus] nimis *v* (*corr. Cochl.*) 7 tantum *om. b* euesterent *B* (*sic* r *ex* s *fere ubique corr. m. ant.*) 8 capitibus] captiuis *RBvb* uelamenta *R m. 1*, uelamentum *B*, uelamen *PG* (*sed cf. Ezech. infra laudatum*) 9 male dic. . . *G* 10 innocentes *B* prior *G* 11 Ezechielum *P* ue *B* 13 aduertendas (e *s. l. m. 2*) *R*, aduertandas (e *utrumque s. l. et* a *eras. m. 2*) *B* euersa *B* 14 populo *om. v* 15 *adnunciant *B* (*fortasse* ac *eras.*) 16 admissa] amissa (*adnot. in mg. m. 2:* uel admissa) *G* 17 iis *editt. praeter v* 18 qui *PG* (*corr. in mg. m. 2 G*) me incons. *RBvb* 19 increpati (*s. l. m. 2*) *Rb*, crepati uocibus orbitare *B* 20 possum *PG* non egent *B* 21 *odio (h *eras.*) *R*, hodio (h *semieras.*) *B* exencrentur *B* nolunt *Rv*

se dici fratres nostros, tamen nos recedere a timore dei non possumus, quos hortatur spiritus sanctus per Esaiam prophetam dicens: uos qui timetis uerbum domini, audite uerbum domini: hi qui uos odio habent et execrantur et nolunt se dici fratres uestros, uos tamen dicite eis: ‚fratres nostri estis'. sunt igitur sine dubio fratres, quamuis non boni. quare nemo miretur eos me appellare fratres, qui non possunt non esse fratres. est quidem nobis et illis spiritalis una natiuitas, sed diuersi sunt actus. nam et Cham, qui patris sui risit inpie nuditatem, frater innocentium fuit et pro merito suo iugum seruitutis incurrit, ut esset fratribus frater addictus. ergo hoc nomen fraternitatis nec interueniente peccato deponitur, sed de istorum fratrum delictis dicam alio loco, qui sedentes aduersus nos detrahunt et contra nos scandala ponunt et cum illo fure concurrunt, qui deo furtum facit, et cum moechis, id est cum haereticis, partem suam ponunt et peccata sua laudant et conuicia contra nos catholicos meditantur.

4. Omnes quidem per singula loca maledicis uocibus perstrepunt, [quibus ad aliqua de occasione respondeam]; sed unum quidem uix inuenimus, cum quo per litteras uel hoc modo loquamur, Parmenianum scilicet fratrem nostrum, si tamen se a nobis uel hoc nomine nuncupari permittit. et quia

3 Es. 66, 5 10 cfr. Genes. 9, 22—25 15 cfr. Ps. 49, 20 16 cfr. Ps. 49, 18

3 timetis dominum *G*, timetis nomen domini *RBvb* audite nomen dom. *RBb*, *om. v* 4 his qui *P* *odio *(ut p. 4, 21) R* excerentur *(sic) B* 5 fratres nostros *vb* 7 me eos *G* 8 qui possunt non *P* 9 una spiritualis *vb* namtę^{et} *B* 10 cham] chain *G (corr. in mg. m. 1?* Cam) risit patris sui impie *G* in nocentium . . . promerito *B* 14 alio in loco *G* aduersum *RBG* nos] fratrem *vb* detrahunt] denotant *PG* 15 nos *om. B* 16 fu$^{r}_{*}$tum *B* facit] faciunt *PRBvb* (concurrunt: qui d. f. faciunt *Casaub.*) cum in occis *v (Cochl. corr.* cum moechis) 17 pa$^{r}_{*}$tem (s *eras. uidetur*) *B* 20 quibus—respondeam *om. PRBvb, per parenthesim add. in G* 21 quidem *om. G* 22 loca^{u}mur (c *corr. in* q) *B* 23 no^{a}bis (a *s. l. m. 2) B* nuncupari permittunt quia *P*, nuncupari permittat quia *G*

collegium episcopale nolunt nobiscum habere commune. non sint collegae, si nolunt; tamen, ut supra diximus, fratres sunt. frater meus igitur Parmenianus, ne uentose ac nude ut ceteri loqueretur, quicquid sentire potuit, non solum dixit sed etiam in scriptura digessit. cuius dictis cum respondere ueritate cogente conpellimur, erit inter nos absentes quoquomodo conlatio. eodem modo satisfiet et desideriis aliquorum. nam a multis saepe desideratum est, ut ad eruendam ueritatem ab aliquibus defensoribus partium conflictus haberetur. et fieri potuit. sed quoniam et accessum prohibent et aditus intercludunt et consessum uitant et conloquium denegant, uel tecum mihi, frater Parmeniane, sit isto modo conlatio, ut, quia tractatus tuos, quos in manibus et in ore multorum esse uoluisti, non aspernatus sum neque contempsi, sed omnia a te dicta patienter audiui, audias et tu humilitatis nostrae responsa.

5. Nam et ego intellego et tu non negas et quiuis sapiens peruidet te nulla alia ratione tam prolixe tractasse, nisi ut ecclesiam catholicam tuis tractatibus indigne pulsares. sed ut intellegi datur, aliud habet animus, aliud resonat sermo. denique non omnia te uideo dixisse contra catholicam: immo multa pro catholica, cum catholicus non sis, ut et nobis ne-

2 sunt *B* collegae *corr. Cochl. ex* colliges 3 uentuse *P*, uetose (n *s. l. m. 2*) *R*, unętose, *(seu* u . . rose) *B*, cum nequitiose *v* ut cet.] interri *B* 5 in scribturam *P* degessit (e *prius eras.*) *B* cum] dum *PG* 6 absçentes *B* quo quomodo *B* 7 conlatio] conlatis *v (corr. Cochl.)* et satisfiet desideriis *vb* et *ante* desid . . . *om. G* 8 saepe *om. vb* ad erudiendam *Rv (corr. Cochl.)*, erudiandam *B*, exquirendam *G* 9 pastum (*exp. et infra posit.* partium) *B* 10 accessus *G* auditus *G* interdudunt *B* 11 consensum *PRv*, concessum (ces *exp.* sen *suprascr. m. 2*) *B*, concessum (consessum *i. mg. m. 2*) *Gb* 12 cum *B* 13 tract' *G (corr. in mg. m. 2)* inore *B* 14 asper natus *B* 15 nostra *B* responsa] *add. G* iam posco 17 peruidetęte *B* prolixę *R* 19 et aliud resonat *G* 20 denique nihil te uideo dixisse *P*, denique nomina te *B* non *om. vb* catholicam fidem *G*

cesse non fuerit respondere tractatibus tuis, nisi quod — dum male instructus es, ut, quod non uidisti sed quod falso audieris, loquereris, cum in epistula Petri apostoli legerimus: nolite per opinionem iudicare fratres uestros — ut inter aliqua, quae ad nos non pertinent, sicuti probaturi sumus, diceres a nobis contra uos militem fuisse postulatum. ceterum a te in aliis partibus tractatus tui aliqua pro nobis dicta sunt et contra uos, ut diluuii et circumcisionis conparatio; quaedam et pro nobis et pro uobis, ut ea, quae in laude dixisti baptismatis, praeter illud, quod carnem Christi male tractaueris; ideo et pro uobis, quia quamuis foris sitis, tamen ex nobis existis. nam et illud pro ambobus, quod demonstrasti haereticos extraneos esse catholicis sacramentis, si tamen uos ipsos non eis adiungeres, quos esse scismaticos constat. quaedam pro nobis solis, ut unius ecclesiae commemoratio, quaedam contra uos per ignorantiam, quia peregrinus es, ut traditorum et scismaticorum accusatio, etiam illud et contra uos, quod dixisti de oleo et sacrificio peccatoris. ac per hoc nihil contra nos a te dictum est, nisi quod ignoranter dixisti a nobis militem postulatum; quod calumniose a te dictum esse probationibus uerissimis demonstrabimus. tolle hanc calumniam et noster es. quid enim iam magis pro nobis et nostrum

3 cfr. Iac. 4, 11 (sed nihil tale apud Petrum.)

1 respondere *om. v*, tract. tuis respond. *b* 2 uideris *G* sed quod *P* (quod *om. cett.*) 3 cum in epist. — ut inter aliqua *om. P* legimus *G* 4 pro opinione ducere fratres *G* 5 quae] quę *B* pestinent (s *eras.*) *B* sicuti prouocaturi *G* 6 esse postulatum *vb* postolatum *R m.* 2 7 paștibus *B* (*sic fere ubique corr.*) 8 circumciọsionis *B* 9 ut *om. RBGvb* in laudem *P* 10 tractasti *P* 11 quaę *(sic) m. 1 R*, qui *v* foris (s *in ras.*) *B* 13 et extraneos esse a catholicis *G* sį *B* 15 ut] cum *v*. ut cum *b* aecclesiae commemorationem faceres *R*, aeclesia *(alterum* a *in ras.)* commemoracionem faceres *Bv* 16 ignor. . tuam *G* 17 accusationem *RBvb* et *ante* contra *om. P*, est *v* uos di (*eras.*) quod *B* 20 postolatum *R* (*m. 2 corr.*) 21 demonstrauimus *RB* 22 eris noster *vb* tam magis *codd.*. *v*, iam magis *scripsi*, magis dici *vb*

est quam quod dixisti in conparatione baptismatis semel factum esse diluuium? et singularem circumcisionem salubriter profecisse populo Iudaeorum magis pro nobis quasi noster locutus es. haec enim nostra uox est, qui in trinitate baptismatis unionem defendimus, non pro uobis, qui baptisma, in cuius imagine sunt illa duo, audaciter et quod contra leges est, iteratis, quamuis et uos ipsi non negetis, quia non debet iterari, quod semel iussum est fieri. sed tu dum subtiliter laudasti, quod omni laudis praeconio dignum est, callide uestram subposuisti personam, ut quasi, quia semel licet, uobis liceat, aliis denegetur. si traditoribus non licet, uobis licere non debuit, quorum principes probamus fuisse traditores. si scismaticis non licet, adaeque uobis licere non debuit, apud quos origo scismatis inuenitur. si peccatoribus non licet, etiam peccatores uos esse testimonio diuino conuincimus. et tamen quia semel licet, non per electum hominem sed per quod semel licet, ideo post uos non emendamus, quia et apud nos et apud uos unum est sacramentum, cuius sacramenti ratio tota quinto libro monstrabitur.

6. A te quidem, frater Parmeniane, multa tractata sunt; sed uideo mihi non eo respondendum esse ordine, quo a te dicta sunt singula. tu enim primo loco dixisti conparationes laudesque baptismatis et praeter carnem Christi a te male tractatam cetera bene dixisti. hoc enim magis pro nobis te

1 esse potest *b* quam *om. RBv* comparationem *vb* 2 singulare *(sic) G* salubriter *om. G* 3 proficisse *P* nostra *v* 4 hạc *B m. 2* in trinitatem *RB* (intrin . . . *B*) 6 imaginem *G* legem *G* 8 dum tu *d*, tu *om. vb* 9 laude (is *s. l. m. 2*) *B* 10 personam *(s. l. m. 2) B* quia *(s. l. m. 2) B* 12 fuisse probamus *G* 13 si *om. v* adaequae *R*, ad aeque *B*, que *G*, itaque *v* deo licere *G* 14 schimatis *B m. 2* 15 uos (*s. l. m. 2*) *B* 16 semel *om. Bb* 18 et apud uos (*s. l. m. 2*) *B* 19 demonstrabitur *vb* (*cfr. p.* 9, 1) 20 tracta *B m. 2* 21 esse respondendum *RBvb* 22 in conparationes *PG* *(fortasse* in *loco suo motum:* primo in loco, *ut paulo infra)* 23 baptismatis] scismatis *G* et *om. v* 24 benedix .. *B*

dixisse suo loco monstrabitur. secundo autem loco exclusis haereticis unam dixisti esse ecclesiam; sed eam ubi sit, agnoscere noluisti. tertio loco traditores nullis certis personis aut nominibus accusasti. quarto a te unitatis lacerati sunt operarii. quinto, ut minuta praetermittam, dixisti de oleo et sacrificio peccatoris.

7. Sed mihi uidetur primo loco traditorum et scismaticorum indicandas esse ciuitates personas et nomina, ut quae a te de his dicta sunt, ueros auctores et certos reos suos agnoscant. deinde mihi dicendum est, quae uel ubi sit una ecclesia, quae est, quia praeter unam altera non est. tertio a nobis militem non esse petitum et ad nos non pertinere, quod ab operariis unitatis dicitur esse commissum. quarto loco, quis sit peccator, cuius sacrificium repudiat deus, uel cuius oleum fugiendum sit. quinto de baptismate, sexto de inconsideratis praesumptionibus et erroribus uestris.

8. Sed priusquam de rebus singulis aliquid dicam, quod carnem Christi male tractaueris, breuiter ostendam. dixisti enim carnem illam peccatricem Iordanis mersam diluuio ab uniuersis sordibus esse mundatam. merito hoc diceres, si caro Christi pro omnibus baptizata sufficeret, ut nemo pro se baptizaretur. si ita esset, ibi esset totum genus hominum, illic omne, quod corporaliter natum est. nihil [inter]esset

1 demonstrabitur *vb* 2 esse *om G* 3 cognoscere noluisti *G* testio (*s eras.*) *B m. 2* traditores] traditiones *v* e*tis *B m. 2* 4 a omnibus *G* (*corr. in mg. m. 2* aut nominibus) accusati *B* 5 minuta] minima *RBvb* mittam *G* 7 primo in loco *G* 8 ut qua etatem *B m. 2*, utque quae *v*, ut que dicta sunt a te de his *G* 9 de iis *edd. praeter v* 10 & 11 qua *B m. 2* sit eccl. quae est una *b* 11 quia (*ex* qua *corr. uidetur*) preter una (*in mg. adscr. m. 2* unam) *G* testio (s *eras. uidetur*) *B* 12 petitum] postulatum *vb* 13 Quar|stoto (r *add.*, sto *exp. m. 1*) *B* 14 qui *libri* (*cfr.* IIII 3), quis *scripsi* repudiet *G* 18 tractati *P* ostandam *B* 19 mersam *P* (*sicut p.* 10, 12), mersam esse *G*, demersam *RBb*, dimersam *v* (*idem p.* 10, 3 & 16) 22 genus humanum *G* 23 natum esset *v* interesset inter credentes *P*, esset inter fideles *cett.*

inter fideles et unumquemque gentilem. quia in omnibus caro est; et dum nemo non est, qui non habeat carnem, si, ut dixisti, caro Christi diluuio Iordanis demersa est, omnis caro hoc beneficium consequeretur. aliud est enim caro Christi in Christo, aliud uniuscuiusque in se. quid tibi uisum est carnem Christi dicere peccatricem? utinam diceres: caro hominum in carne Christi, nec sic probabiliter dixeras, quia unusquisque credens in nomine Christi baptizatur, non in carne Christi, quae specialiter illius erat. adde, quod eius caro de spiritu sancto concepta inter alios non potuit in remissam peccatorum tingi, quae nullum uidebatur admisisse peccatum. addidisti et Iordanis diluuio demersam . satis inconsiderate hoc usus es uerbo, quod uerbum soli Pharaoni et eius populo debebatur, qui pondere delictorum tamquam plumbum ita mersus sit, ut ibi remanserit. Christi autem caro dum in Iordane descendit et ascendit, mersa a te dici non debuit; cuius caro ab ipso Iordane sanctior inuenitur, ut magis aquam ipsa descensu suo mundauerit, quam ipsa mundata sit.

9. Etiam illud praeterire non possum, quod te subtiliter egisse considero, ut ad inducendos uel decipiendos animos auditorum post circumcisionis et diluuii descriptionem et post laudem baptismatis haereticos cum erroribus suis iam mortuos et obliuione sepultos quodammodo resuscitare uoluisti, quorum

1 caro esset *G* 2 et dum nemo non habet carnem sicut dixisti *P* nemo non esset *G*, nemo est qui *v* sicut dix... *RBvb* 3 omnis (ut *s. l. m. 2*) *P* 7 probaliter *G* (*corr. in mg. m. 2*) dixeris *vb* 8 baptizari potest *PG* 9 illius] *inius* uel *eius* (*corr. in mg. m. 2*) *G* addo *RBvb* 10 sancto *om. P* in remissa *libri* 11 addisti *RB* 12 diluuio et *G* mersam *P* (*sicut p.* 9, 19) 13 debebatur] uidebatur *B* 14 demersus *v* ut ibi] uibi *P* (*corr. m. 2 ex* ubi *inserto* i *et s. l. posito* τ) 15 in iordanem *G* 16 demersa *vb* ab *om. G et edd.* 17 santior *R m. 1*, purior inuenitur *G* ut *bis pos. G* (*in exitu fol. III*ᵃ *et fol. III*ᵇ *initio*) aquam ipsam *PGv* discensu *R*, discensu *B* 18 ipse mundatus *G* 19 te] tam *B* 20 considerato (at *expunct.*) *B* inducendas uel decipiendas animas *v* 21 discriptionem *RB* 22 iam *transpos. ante* sepultos *RBvb* 23 quosdam modo *B*

per prouincias Africanas non solum uitia sed etiam nomina uidebantur ignota. Marcion Praxeas Sabellius Ualentinus et ceteri usque ad Cataphrygas temporibus suis a Uictorino Petauionensi et Zephyrino Urbico et a Tertulliano Carthaginensi et ab aliis adsertoribus ecclesiae catholicae superati sunt. ut quid bellum cum mortuis geris, qui ad negotium temporis nostri non pertinent? sed quia scismaticus hodie aliquid peccati, quod probare possis in catholicos, non habes, ideo ad prolixitatem scripturae tuae augendam tot haereticos cum erroribus suis commemorare uoluisti.

10. Nunc alia quaestio est, ut quid a te memorati sunt illi, apud quos non sunt sacramenta, quae nobis et uobis uidentur esse communia. sanitas non flagitat medicinam, de se secura uirtus forinsecus non quaerit auxilia, ueritas non desiderat argumenta. aegroti est remedia quaerere, inertis et inbecillis est auxilia conparare, mendacis est argumenta conquirere. interea dixisti apud haereticos dotes ecclesiae esse non posse et recte dixisti; scimus enim haereticorum ecclesias singulorum prostitutas nullis legalibus sacramentis et sine iure honesti matrimonii esse. quas non necessarias recusat Christus, qui est sponsus unius ecclesiae, sicut in canticis canticorum

21 cfr. Cant. 6, 8

2 Ualẽtiạnus *P* 3 usque ad catafregas *P*, *(haec uerba, hoc loco omissa in RBGvb, sequuntur infra post* Tertulliano carthaginensi) uictorino petauionensi *P* 4 pectauiensi *RB*, pictauianensi *G*, peccauionensi (Pitabionen . . . sicut ait Hieronymus *adsc. in mg.*) *v*, Pictauiensi *b* zefyrino *P*, zeferino *RB*. zefirino *G*, Zepherino *b* a *om. v* tertuliano *G* Kartaginensi *R*; *add. in omn. codd.*: usque ad catafregas *P*, u. a. catafrigas *RB*, u. a. cathaphrigas *G*, u. a. Cataphrygas *vb* (*sed cfr. supra l.* 3) 5 ad sẹstoribus *B m. 2* 6 quid (d *exp.*) ad *G*, quod . . . pertinet *cett.* 7 quia schismatis (sçist schismatis *B*) h. al. (*om.* peccati) *RBvb* 8 possit *b* 9 prolexitatem scribturae *P* scriptura tuạ *B m. 2* 11 a te] ante *B* 13 saniạtas (*corr. in mg. m. 2*) *G* 14 uistus *B* forensicus (*corr. m. rec.*) *P* 15 inertibus *RBv* inbicilis *P* 16 mendascis *B* conquaerere *v* 18 scimus] scismus *G* 21 sponsiş' (is *del. m. 2*) *B*

ipse testatur. qui cum unam laudat, ceteras damnat, quia praeter unam, quae est uere catholica, ceterae apud haereticos putantur esse, sed non sunt; secundum quod indicat, ut supra diximus, in canticis canticorum unam esse columbam suam, eandem sponsam electam, eundem hortum conclusum et fontem signatum, ut haeretici omnes neque claues habeant, quas solus Petrus accepit, nec anulum, quo legitur fons esse signatus, nec aliquem illorum esse, ad quem hortus ille pertineat, in quo deus arbusculas plantat. de quibus haereticis, quamuis ad praesentem non pertineat causam, quod diu locutus es, et suffecerat et abundabat. sed miror, quid tibi uisum est etiam uos ipsos eis adiungere, quos esse scismaticos constat, dum ecclesiae dotes et haereticis ipsis et uobis scismaticis denegasti. dixisti enim inter cetera scismaticos a uite uelut sarmenta esse concisos, destinatos poenis tamquam ligna arida gehennae ignibus reseruari. sed uideo te adhuc ignorare scisma apud Carthaginem a uestris principibus factum. quaere harum originem rerum et inuenies te hanc in uos dixisse sententiam, cum scismaticis haereticos sociasti. non enim Caecilianus exiuit a Maiorino auo tuo sed Maiorinus a Caeciliano; nec Caecilianus recessit a cathedra Petri uel Cypriani sed Maiorinus, cuius tu cathedram sedes, quae ante ipsum Maiorinum

4 cfr. Cant. 6, 8 et 4, 12

1 dampnat *R (sic fere semper)* quia] qui *RB* 2 uera *Gvb* cetera *B* 3 supra] primo *P* 5 delectam (*adscr. i. mg.* i) *G*, dilictam (*corr. m. rec.*) *P* eundem hortum (ortum *B*) *RBv*, eandem h. *PGb* 8 nec aliquem] ne apud aliquem *G* ad quos *P* ortus *B* 10 pestineat *B* locus *B m. 2* 11 sufficerat *P*, (*adscr. in mg.* e *m. 2*) *G* habundabat *RB* 12 uos] nos *G* (*adscr. in mg.* u *m. 2*) 14 auite *B* 15 distinatos *P*, destinatis *G* 16 ignis *v* ignorasse *G* schisma (*sic*) a uestr. princ. factum aput chartaginem *P* 17 a uestris] auris *(sic) B* factum *om. B*, factam *R* quererę (re *fin. exp.*) *G*, quare *B* 18 et *om. P* hanc te *vb* 19 schismatis (*m. 2 s. l.*) *R* 20 amaiorino exiuit *B* (a *plerumque ligatur cum seq. sicut infra* aceciliano) 21 cipriani *B* 22 aute sedes qua *B*

originem non habet. et cum haec ita gesta esse manifestissime constet, et uos heredes traditorum et scismaticorum esse euidenter adpareat, satis te miror, frater Parmeniane, cum scismaticus sis, scismaticos haereticis iungere uoluisse. aut si sic tibi uidetur et ita placet, cumula illa, quae a te paulo ante sunt dicta. dixisti enim fieri non posse, ut [in] falso baptismate inquinatus abluat, inmundus emundet, subplantator erigat, perditus liberet, reus ueniam tribuat, damnatus absoluat. bene haec omnia potuerunt ad solos haereticos pertinere, quia falsauerunt symbolum, dum alter dixit duos deos, cum deus unus sit, alter patrem uult in persona filii cognosci, alter carnem subducens filio dei, per quam deo reconciliatus est mundus, et ceteri huiusmodi, qui a sacramentis catholicis alieni esse noscuntur. quare paeniteat te talibus hominibus etiam scismaticos adiunxisse; in te enim conuertisti sententiae gladium, dum aestimas, quia alteros adpetebas et non adtendisti, inter scismaticos et haereticos quam sit magna distantia. inde est, quod ignoras, et quae sit sancta ecclesia; et sic omnia miscuisti.

11. Catholicam facit simplex et uerus intellectus intellegere, singulare ac uerissimum sacramentum et unitas animorum.

1 habet *PG*, habebat *cett.* hạc *B* haec a schismaticis ita gesta *v* 2 constent *RB* esse trad. et schis. *RB et edd.*, et scism. *om. v* 4 te haereticis adiungere *v et* (*omisso* te) *b* 5 uidetur tibi *B* cumula illa] cum illa *RBv* (*Cochl. scripsit* contra illa, *quem secutus est Bald.*) quạ etate paulo *B* 6 in *om. G* (*sed cfr. p.* 14, 16) 7 sub plantator *G* (*ligat. m. 2, sed cfr. p.* 14, 17) 8 daṇnatus *B m. 2* 9 hac *B* omnia *om. G* poterunt *v* 10 quia] qui *G* dixerit *RBvb* 11 in personam *RB* 12 cognoscere *G* 13 reconsiliatus *G* huiusmodi homines quia (*adscr. in mg. m. 2* qui a) *G*, *idem corr. Cochl.* 14 nascuntur *v* paeniteut *P* 15 iunxisse *G* 16 conuestisti (*corr. m. 2*) *B* gladium sententie *G* sentencia *B m. 2* 17 ad petebas *B* non *om. G* 18 inde] iste *P* et *om. P* quạ *B* 20 intellegere *R*, intelligere *Bvb*, in lege *PGd* (*Casaub. uel expungendum censet* intellegere *uel coniungendum cum praecedenti* facit = declarat, indicat) 21 et singulare *G*, singularem *RB*

scisma uero sparso coagulo pacis dissipatis sensibus generatur, liuore nutritur, aemulatione et litibus roboratur, ut deserta matre catholica inpii filii, dum foras exeunt et se separant, ut uos fecistis, a radice matris ecclesiae inuidiae falcibus amputati errando rebelles abscedunt; nec possunt nouum aliquid aut aliud agere, nisi quod iamdudum apud suam didicerant matrem.

12. Haeretici uero ueritatis exules, sani et uerissimi symboli desertores, de sinu sanctae ecclesiae inpiis sensibus deprauati, contempto, quod bene fuerant geniti, ut ignorantes et rudes deciperent, de se nasci uoluerunt. et qui iamdudum uitalibus pasti fuerant cibis, corruptela malae digestionis in perniciem miserorum disputationibus inpiis uenena mortifera uomuerunt. uides ergo, frater Parmeniane, haereticos a domo ueritatis satis extorres solos habere uaria et falsa baptismata, quibus inquinatus non possit abluere, inmundus emundare, subplantator erigere, perditus liberare, reus ueniam tribuere, damnatus absoluere. bene clausisti hortum haereticis, bene reuocasti claues ad Petrum, bene abstulisti colendi potestatem, ne arbusculas colerent ii, quos ab hortulo et a paradiso dei constat alienos; bene subduxisti anulum iis, quibus aperire non licet ad fontem. uobis uero scismaticis, quamuis in catholica non sitis, haec negari non possunt, quia nobiscum uera

1 dissipati (s *s. l. m. 2*) *B* 2 aemulatorum et litibus *v* et (*pro* ut) deserta *Casaub.* desesta *B* 3 foras excurrunt *v* 4 fecisti (s *s. l. m. 2*) *B* facibus (l *s. l. m. 1*) *R* 5 ab scendunt *B* 6 ut (a *s. l. m. 1*) *R* didicerunt *RBvb* 8 sani et ueri symb. *P*, facti et ueri simb. *G* (*cfr. p.* 13, 21: singulare ac uerissimum s.) 9 de sestores *B m. 2* ecclesiae sanctae *b* ecclesia *B* 11 deciperant *B* nasci] nati nasti *uel* nasci *B* 12 uitalibus] in talibus *v* cibus (*sic*) *B* maltae digessionis *P* 13 pernicie *vb* impiis disput. . . *G*, disputatione impii *v* 15 satis *om. Gb* et uaria *G* 16 qbz (*expunct.*) quibus *G* posset *b* 17 sub plantator *B* (*sed cfr. p.* 13, 7) 19 ab stulisti *B* 20 hii *Pv*, hi *RBG* 21 iis] his *codd. v* 22 ad *om. P* (*pro* licet ad *Casaub.* licebat *propos. sed cfr. indicem*) quamuis — non sitis *om. v* 23 hac *B* uobiscum *P*

et communia sacramenta traxistis. quare cum haec omnia haereticis bene negentur, quid tibi uisum est haec et uobis negare uoluisse, quos scismaticos esse manifestum est? uos enim foras existis. quantum in nobis est, uolebamus, ut soli damnarentur haeretici; quantum in te est, etiam uos ipsos cum eis una sententia ferire uoluisti.

13. Sed iam ut ad propositum singularum rerum ordinem redeamus, primo loco audi, qui fuerint traditores, et plenius auctores scismatis disce. in Africa duo mala et pessima admissa esse constat, unum in traditione, alterum in scismate, sed utraque mala et uno tempore et iisdem auctoribus uidentur esse commissa. debes ergo, frater Parmeniane, discere, quod intellegeris ignorare. nam ferme ante annos sexaginta et quod excurrit per totam Africam persecutionis est diuagata tempestas, quae alios fecerit martyres, alios confessores, nonnullos funestam prostrauit in mortem, latentes dimisit inlaesos. quid commemorem laicos, qui tunc in ecclesia nulla fuerant dignitate suffulti? quid ministros plurimos? quid diaconos in tertio, quid presbyteros in secundo sacerdotio constitutos? ipsi apices et principes omnium, aliqui episcopi illius temporis, ut damno aeternae uitae istius incertae lucis moras breuissimas conpararent, instrumenta diuinae legis inpie tradiderunt. ex qui-

h'eticis ne
1 omnia benegentur *B* (*corr. m.*2) 3 manifestissimum *G* 4 existis. quantum in uobis est. Uolebam *b et* (*om.* est) *v* nobis *an* uobis *difficile distinctu in B* uolebam *RBv* 5 inte est et iam *B*, iam *om. v* 6 una sententiae *P*, unam sententiam ferre uoluisti *v* e
8 redamus *B m. 2* primo in loco *G* 11 hisdem *codd. v* 12 quod] quos *B* 14 deuagata *RBvb*, diu ac tuta (*adscr. in mg.* iactata *et infra scr. m. recentiss.* diuagata) *G* r 15 mastires *B m. 2* e 16 funesta . . in morte *RBvb* 17 commemoram *B m. 2* 18 suffulti *om. G* diãcos in t'uõ (*adscr. in mg.* diaconos in tertio r *m. 2*) *G* testio *B* 19 presbiteros *RB* (*sic ubique*) 20 omnium *om. P* illis temporibus *RBvb* e e r 21 aeterna uita *B m. 2* inceste *B m. 2* moras *om. G* 22 impiae *R*

bus erant Donatus Masculitanus, Uictor Rusiccadensis, Marinus ab aquis Tibilitanis, Donatus Calamensis et homicida Purpurius Limatensis, qui interrogatus de filiis sororis suae, quod eos in carcere Milei necasse diceretur, confessus est dicens: 'et occidi et occido non eos solos sed et quicumque contra me fecerit.' et Menalius, qui ne turificasse a suis ciuibus probaretur, oculorum dolorem fingens ad consessum suorum procedere trepidauit.

14. Hi et ceteri, quos principes tuos fuisse paulo post docebimus, post persecutionem apud Cirtam ciuitatem, quia basilicae necdum fuerant restitutae, in domum Urbani Carisi consederunt die III. Iduum Maiarum, sicut scripta Nundinarii tunc diaconi testantur et uetustas membranarum testimonium perhibet, quas dubitantibus proferre poterimus. harum namque plenitudinem rerum in nouissima parte istorum libellorum ad inplendam fidem adiunximus. hi episcopi interrogante Secundo Tigisitano se tradidisse confessi sunt. et cum ipse Secundus a Purpurio increparetur, quod et ipse diu apud stationarios fuerit et non fugerit sed dimissus sit, non sine causa dimissum fuisse, nisi quia tradiderat, iam omnes erecti

12 sq. cfr. Aug. c. Cresc. 3, 20; breu. coll. 3, 17

1 erat *P* rusiccadiensis *RBvb* marinus] manus *G* 2 homicidia (i *expunct m. 2*) *G* 3 liniatensis *codd.*, liniacensis *v*, limatensis *scr. Bald.* (cfr. *Aug. c. Cresc. l. l.*) 4 carcerem *RBG* miliae *v* necas—se (*lineol. m. 2 ducta*) *B* 5 et *ante* occidi *om. P* sed/tet (d *add. et* t *exp. m. 2*) *B* 6 menalus *vb* ine|turificasse (*corr. m. 2*) *B* turificatus *P* 7 ad consensum *RBGv* (*corr. i. mg. m. 2 G*) 10 apud chirtam *P*, apud circum cirtam *R*, apud circum circam *B* qui abalice abasilice (balice a *punctis et lin. del. m. 2*) *B* 11 in domo *PG* garisi *RB* 12 considerunt *B* die *om. B*, die Iduum *b* III] VI *v* idum *R m. 1*, idus mayas *G* 13 diacones *P* 15 rerum *om. G* paste *B* 16 implandam uitam fidem *B (corr. m. 2)* hii *P* interrogantes *G* (s *del.*) 17 tigistano *G* se tra*didisse (didisse *post ras. m. 2*) *P*, tradidisse se *G*, se *om. RBvb* 19 statinarios *B m. 2* stationarum (*in mg. adscr.* stationarius (*sic*) *G* dimsus (*supra* m *posit. est punctum et* s *suprascr.; sed uide lin. seq.*) *B* 20 sic dimiss. *P* dimsum *(sic) B* tradiderat (se *s. l. m. rec.*) *P* erecti] heretici *PBvb*

coeperant murmurare. quorum spiritum Secundus metuens consilium accepit a filio fratris sui Secundo minore, ut talem causam deo seruaret. consulti sunt, qui remanserant, id est Uictor Garbensis, Felix a Rotario et Nabor a Centurionis. hi dixerunt talem causam deo debere reseruari. et dixit Secundus: ‚sedete omnes'; tunc dictum est ab omnibus: ‚deo gratias'. et sederunt. habes ergo, frater Parmeniane, qui manifesto fuerint traditores.

15. Deinde non post longum tempus iidem ipsi, tot et tales ad Carthaginem profecti traditores, turati, homicidae Maiorinum, cuius tu cathedram sedes, post ordinationem Caeciliani ordinauerunt scisma facientes. et quoniam traditionis reos principes uestros fuisse monstratum est, consequens erit eosdem fuisse auctores scismatis. quae res ut clara et manifesta esse omnibus possit, ostendendum est, ex qua radice sese usque in hodiernum erroris protenderint rami et ex quo fonte riuulus iste maligni liquoris occulte serpens usque in tempora nostra manauerit. dicendum est, unde et ubi et a quibus ortum constet hoc alterum malum, quae conuenerint causae, quae fuerint operatae personae, qui auctores huius mali, qui nutritores, a quibus sint inter partes ab imperatore postulata iudicia, qui sederint iudices, ubi sit actum concilium, quae sint prolatae sententiae. de diuisione agitur: et in

1 ceperant *BG*, coeperunt *v* 3 seruarent *P*, seruiret *B m. 2*, seruare (*in mg. corr.* seruaret) *G* remanserunt *RBvb* 4 gardensis *RB*, gabrensis *G*, garbiensis *b*, gradiensis *v*; *lectionem quam P exhibet* garbensis *habent RBG libr. II. 4* (*cfr. coll. Carth.* 1, 209; *nom. episc. Num.* 102) ratorio *RB* naboria centurionis *B* et Nabor a *om. b* a centuriones *P* hii *PRBv*, ii *edd.* 5 deo] domino *RBvb* seruari *G* (*ut supra l.* 3,) 6 sede te *G* ab hominibus (*sic*) *B* 7 Parm. frater *b* 9 idem *B* 10 chartaginem *P*, castaginem *B* turati] esurati *v* (*Cochl. in mg. coni.* et coniurati, *quod habet b*) 12 facientes] fecere *v* 14 eodem *B m. 2* et auctores *G* 16 se *P*, se—se *B* (— *add. m. 2*) et *om. v* 17 fonteri uulus *B* (te ri *lineola dist. m. 2*) maligni] malim *B* 19 conuenerunt *P* 21 pastes *B* ab] de *G* 22 postolata *R* (*sed nihil corr.*) 23 probate (*corr. in mg. m. 2* prolatæ) *G*

Africa sicut et in ceteris prouinciis una erat ecclesia, antequam diuideretur ab ordinatoribus Maiorini, cuius tu hereditariam cathedram sedes. uidendum est, quis in radice cum toto orbe manserit, quis foras exierit, quis cathedram sederit alteram, quae ante non fuerat, quis contra altare altare erexerit, quis ordinationem fecerit saluo altero ordinato, quis iaceat sub sententia Iohannis apostoli, qui dixit multos antichristos foras exituros: quia non erant, inquit, nostri, nam si nostri essent, mansissent nobiscum. ergo qui in uno cum fratribus manere noluit, haereticos secutus quasi antichristus foras exiuit.

16. Hoc apud Carthaginem post ordinationem Caeciliani factum esse nemo [est] qui nesciat, per Lucillam scilicet, nescio quam feminam factiosam, quae ante concussam persecutionis turbinibus pacem, dum adhuc in tranquillo esset ecclesia, cum correptionem archidiaconi Caeciliani [Lucilla] ferre non posset; quae ante spiritalem cibum et potum os nescio cuius martyris, si tamen martyris, libare dicebatur, et cum praeponeret calici salutari os nescio cuius hominis mortui, et si martyris sed necdum uindicati, correpta cum confusione

8 Ioh. ep. I, 2, 19

2 maioriani *G* 3 inradicem *B* 4 qui foras (s *s. l. m. 2*) *R* 5 altare contra altare *vb* (*ut p.* 21, 13), *alterum* altare *om. G* (*in mg. adpos. m. 2*) 6 salua *R* (*corr. m. 1*) iaeet *B*, iacerat *G* (*m. 2* r *expunx.*) 7 sententiam *RB* nulos *B* (*s. l. m. 2*) 8 inquid *B* 9 qui in uno] quinuno *B m. 2* 10 manere cum fratribus *G* 12 castaginem *B* 13 nemo qui nesciat *PBv*, nemo est qui* (s *eras. uidetur*) nesciat *Rb*, quis nesciat (*om.* nemo est) *G* 14 persecutione pacem *v* 15 intranquillo *B* 16 archaediaconi *P* lucilla *om. bd, uncinaui glossam existimans* 17 non ferre non (*exp.* non *m. 2*) *B* possit (i *mutat. in* e) *P* os] omnes (*corr. m. 2*) *B* 18 dicebatur libare *B* lauare d. *v* 19 calicis salutaris *G* omnes *B* (*cfr. l.* 17) 20 mastiris *B m. 2* uindicati (*adscr. in mg.* uel indicati *m. 2*) *G*, uindicanti *B* confusio‿ne *G* (*ligat. m. 2*)

irata discessit. irascenti et dolenti, ne disciplinae succumberet, occurrit subito persecutionis innata tempestas.

17. Isdem temporibus Felix quidam diaconus, qui per famosam nescio quam de tyranno imperatore tunc factam epistulam reus appellatus est, periculum timens apud Mensurium episcopum delituisse dicitur. quem cum postulatum Mensurius publice denegaret, relatio missa est. rescriptum uenit, ut, si Mensurius Felicem diaconum non reddidisset, ad palatium dirigeretur. conuentus non leues patiebatur angustias; erant enim ecclesiae ex auro et argento [quam] plurima ornamenta, quae nec defodere terrae nec secum portare poterat quae quasi fidelibus senioribus commendauit commemoratorio facto, quod cuidam aniculae dedisse dicitur ita, ut, si ipse non rediret, reddita pace christianis anicula illa illi daret, quem in episcopali cathedra sedentem inueniret. profectus causam dixit: iussus est reuerti, ad Carthaginem peruenire non potuit.

18. Tempestas persecutionis peracta et definita est. iubente deo indulgentiam mittente Maxentio christianis libertas est restituta. Botrus et Celestius, ut dicitur, apud Carthaginem ordinari cupientes operam dederunt, ut absentibus

1 discessit irata *G* 2 succurrit *PG* in nata *B*, in‿nata (*lig. m. 2*) *G*, enata *edd.* 3 hisdem *PGv* quidem *B m. 2* per] propter *d* 4 famosam *B* 5 epistulam] epistolarius (epistularius *G*) appellatus *libri*, epistulam reus app. *scripsi* 6 postolatum *R* (u *s. l. m. 2*) 8 reddisset (*corr. in mg. m. 2*) *G* palacium dir. conu.] *supra haec uerba multa per compendia scr. m. 1 (?)* uenit ut mens. — reddidisset ad *B fol.* 6ª 2 10 ecclesia *B* quam *om. PG* 11 quae *post* poterat *om. PRBvb* 12 commendaut (τα *s. l. m. rec.*) *P* 13 non (*s. l. m. 1*) *B* 14 redita *R m. 1* illa *om. G* daret] redderet *G* 15 inepiscopali *B* ueniret (in *s. l. m. 2*) *B* 16 reuesti *B* castaginem (*sic*) *B* (*Cocht. ita interpx.* reuerti ad Carth., peruenire *itemque Bald. omisso* ad) 18 indulgentia *G* maxencio *B* libestas *B* 19 caelestius *P*, celestius *G* (*cfr. August. ps. abeced. IX p. 26 A Migne*), celesius *RBvb* castaginem *B*

Numidis soli uicini episcopi peterentur, qui ordinationem apud Carthaginem celebrarent. tunc suffragio totius populi Caecilianus eligitur et manum inponente Felice Autumnitano episcopus ordinatur. Botrus et Celestius de spe sua deiecti sunt. breuis auri et argenti sedenti Caeciliano, sicuti delegatum a Mensurio fuerat, traditur adhibitis testibus. conuocantur supra memorati seniores, qui faucibus auaritiae commendatam ebiberant praedam. cum reddere cogerentur, subduxerunt communioni pedem, non minus et ambitores, quibus et ordinari non contigit, necnon et Lucilla, quae iamdudum ferre non potuit disciplinam, cum omnibus suis potens et factiosa femina communioni misceri noluit. sic tribus conuenientibus causis et personis factum est, ut malignitas haberet effectum.

19. Scisma igitur illo tempore confusae mulieris iracundia peperit, ambitus nutriuit, auaritia roborauit. ab his tribus personis contra Caecilianum causae confictae sunt, ut uitiosa eius ordinatio diceretur. ad Secundum Tigisitanum missum est, ut Carthaginem ueniretur . proficiscuntur omnes supra memorati traditores, suscepti hospitio ab auaris, ab ambitoribus, ab iratis, non a catholicis, quorum petitione Caecilianus fuerat ordinatus. interea ad basilicam, ubi cum Caeciliano tota ciuica frequentia fuerat, nullus de supradictis accessit. tunc a Caeciliano mandatum est: 'si est, quod in me probetur, exeat accusator et probet'. illo tempore a tot inimicis nihil in illum potuit confingi, sed de ordinatore suo, quod ab his falso

1 Numidis] mundis *v* 3 cecilian' (n *in ras.*) *B* manu *RB*, manu ei imp . . . *G*, manus *vb* foelice aptungitano *b* 4 Celestius *cfr. p.* 19, 19 5 tunc breuis *G* sicut *v* 6 amensurio *B* 8 ebiberunt *v* 9 pedem] plebem *b* et *post* quibus *om. P* 15 ambitio *G* nutriit *P*, interiuit *v* (*Cochl. corr. in mg.* nutriuit) roborauerit *P* ab iis *b* 17 missum] scriptum *G* 18 est (*s. l. m. 2*) *B*, *om. v* ad Carth . . . *G*, kataginem (*sic*) *B* 19 autem ab ambitoribus *B* 20 non] nona (*lin. dist. m. 2*) *G* acatholicis *B* 21 a (d *s. l. m. 1*) *R* 22 tota ciuitas infrequentia *RBvb* supradictus *P* 23 mandatum est] est *om.* (*i. mg. adscr. m. 2*) *G* 24 nihil in illo *RBv* (*adscr. Cochl. in mg.* eum), in eum *G* 25 ab iis *edd. praeter v*

traditor diceretur, meruit infamari. iterum a Caeciliano mandatum est, ut, si Felix in se, sicut illi arbitrabantur, nihil contulisset, ipsi tamquam adhuc diaconum ordinarent Caecilianum. tunc Purpurius solita malitia fretus, quasi et Caecilianus filius sororis eius esset, sic ait: 'exeat huc', quasi inponatur illi manus in episcopatu et quassetur illi caput de paenitentia. his rebus conpertis tota ecclesia Caecilianum retinuit, ne se latronibus tradidisset. illo tempore aut reus de sede debebat expelli, aut communicari debuit innocenti. conferta erat ecclesia populis, plena erat cathedra episcopalis, erat altare loco suo, in quo pacifici episcopi retro temporis obtulerant, Cyprianus, [Carpophorius], Lucianus et ceteri. sic exitum est foras et altare contra altare erectum est et ordinatio inlicite celebrata est et Maiorinus, qui lector in diaconio Caeciliani fuerat, domesticus Lucillae, ipsa suffragante episcopus ordinatus est a traditoribus, qui in concilio Numidiae, ut superius diximus, crimina sua sibi confessi sunt et indulgentiam sibi inuicem tribuerunt. manifestum est ergo exisse de ecclesia et ordinatores, qui tradiderunt, et Maiorinum, qui ordinatus est.

20. Interea de suorum criminum fonte, qui apud eos multorum flagitiorum uenis exuberauerat, unum traditionis conuicium in ordinatorem Caeciliani deriuandum esse putauerunt prouidentes, quod fama duas res similes uno tempore

1 diceçeretur *B* 2 ut^{si} Felix *P* 4 quasi] tamquam *P* 5 sic *om. P* hoc *v* (*corr. Cochl.* huc) quasi ut *G* 7 compestis^{r} *B m. 2* 8 retinuit] tenuit *PG* tradidieret^{d} (didi *expunct.*) *P* 9 sede *om. P*, de se^{de} (de *s. l. m. 2*) *R*, desede *B*, *om. vb* debebant *B*, debuit *G* 10 confesta^{r} *B* (*Cochl. sic interpx.:* ecclesia populis plena: erat) 11 retto^{r} (t? *exp. m. 2*) *B* temporibus *G* 12 obtulerunt *RBvb* cyprianus carpoforius lucilianus et ceteri *P*, cypr. carpoforius lucianus e. cet. *G* criprianus *R*, cripianus *B* carpophorius *om. RBvbd* 14 inlicita *PG* 17 sua *om. v* 18 ergo] autem *G* 21 eos est et multorum *G* 22 uenis *om. B* 23 diriuandum *Bv*

loqui non posset. ut crimina in silentium mitterent sua, uitam infamare conati sunt alienam; et cum possent ipsi ab innocentibus argui, innocentes arguere studuerunt mittentes ubique litteras liuore dictante conscriptas, quas inter ceteros actus habemus in posterum. adhuc Carthagine positi praecesserunt se epistulis suis, ut rumoribus falsis cunctorum aures insererent. mendacium sparsit fama per populos, et dum de uno celebrata sunt falsa, supra dictorum uerissima crimina sub silentio latuerunt. frequenter solet erubesci de crimine, sed illo tempore non fuit, cui erubesceretur, quia praeter paucos catholicos peccauerant uniuersi et quasi imago fuerat innocentiae inter multos nefas admissum. parum erat traditionis facinus, quod per Donatum Masculitanum et ceteros supradictos constabat admissum; etiam ingens flagitium scismatis traditioni iunxerunt.

21. Uides ergo, frater Parmeniane, haec duo crimina tam mala, tam grauia, traditionis et scismatis, ad tuos principes pertinere. agnosce uel sero incurrisse te in tuos, dum insectaris alienos; et cum priores tuos constet operatos esse hoc alterum nefas, etiam uos eos sceleratis uestigiis sequi laboratis, ut, quod illi priores in titulo scismatis fecerant, et

1 possit *P*, possent *RBv*, *Casaub. scr.* quod fama duas diuersas res simul et uno temp. l. n. posset, *cuius rationem secutus malim:* quod f. duas res dissimiles uno tempore *sq.* (cfr. VII, 4 non potest idem operarius duas res repugnantes et contrarias simul facere) inçilencium *B* *m. 1* suaș uitam infauore *B (corr. m. 2)* uita . . . aliena *G* 2 ad innocentibus *P* 3 innocenter *v* 4 liuore] liliore *RB*, liliorum *v* (*Cochl. coni.* suo ore) accus (*alterum* c *obscurum*) *B* 5 cartaginem *G* 6 auribus *RBvb* 7 sparsa *edd. (sic interpunxi:* insererent. mendaciụm, *alii:* inserent mendacium) 10 erubescerenț' *B* 11 quasi] quod *Rb* quoḍ (d *delet. et uirgula add. m. 2) B* 12 parum] *Cochl. scr.* paruum, *idem edd.* 13 *faci* (*in mg.* facíuus *m. 2*) *G* 16 uide *v* frater *om. RBvb, s. l. m. 1 G* Perrneniane (*sic saepius*) *B* crimina tam *B* (*lin. m. 2 distinx.*) 18 tenere pạrtinere *B* (*corr. m. 2*) 19 p' ores *B* (*inter* p *et* ores *charta perforata est*) tuos *om. vb* 20 et uos iam eos *vb*, eos *om. d* 21 priores (s *add. m. 2) B* in titulos *RBv (corr. Cochl.)* fecerant] fuerant *B*

uos iamdudum fecisse et nunc facere uideamini. illi ruperunt suis temporibus pacem, uos exterminatis unitatem. de parentibus uestris et de uobis merito dici potest: caecus caecum si duxerit, utrique in foueam cadunt. oculos patrum uestrorum furiosus excaecauerat liuor, aemulatio uestros orbauit. scisma summum malum esse et uos negare minime poteritis. et tamen Dathan et Abiron et Core, perditos magistros uestros, sine trepidatione estis imitati nec ponere ante oculos uoluistis hoc malum et uerbis dei esse prohibitum et admissum grauiter uindicatum. deinde esse distantiam delictorum aut remissio testatur aut poena. denique inter cetera praecepta etiam haec tria iussio diuina prohibuit: non occides, non ibis post deos alienos, et in capitibus mandatorum: non facies scisma. uideamus de his tribus, quid oportuerit puniri et quid meruerit relaxari. parricidium principale delictum est; et tamen Cain nec reus a deo percutitur sed occisus insuper uindicatur. in Niniue ciuitate hominum milia centum uiginti sacrilega, quae deos alienos sequi uidebantur . post iracundiam dei et nuntium Ionae prophetae ieiunium parui temporis et oratio indulgentiam meruit. uideamus, an aliquid tale consecuti sunt hi, qui populos dei primitus ausi sunt scindere. tot milibus filiorum Israhel, quorum a cerui-

3 Matth. 15, 14. Luc. 6, 39 12 Exod. 20, 13 et 3. Deuter. 6, 14 13 cfr. I. Cor. 1, 10 17 cfr. Genes. 4. 15 19 cfr. Ion. 3

1 ruperant *B m. 2* 2 exterminastis *PG* 3 dictum est uel dici potest *G* 4 si duxerit . .] ducens uterque . . . cadunt *P* uterque . . cadit *G* 5 et aemulatio *Rvb*, et emulacio ne *(sic) B* 7 datan̄ *P* abyron *Gvb* chore* (b *eras. uidetur*) *R*, chore *BGvb* 10 distantia *G* 11 denique] deinde *B* 12 iussi o|diuina *(lin. inter* o *et* d *m 2) B*, diuina iussio *G* 13 et in cap. mand. *om. P* 14 de iis *b* trebus *P (sic plerumque)* oportuit *RBG edd.* 15 meruit *RB edd.* 17 insuper *om. v* nineue *Pv (corr. Cochl.)* hom. numero cent. uiginti millia sacrilega *Rb*, *(omisso* milia*) B* 18 quae] qui *G* deos (s *add. m. 2) B* 19 profeta *(sic) P* ieiunio p. temp. celebrato indulgentiam *PG* 20 meruerunt *G* an] si *RBvb* 21 hii *Pv*, ii *b* populum *v* 22 uirorum israhel *v* acer uicibus *B*

cibus diuina prouidentia iugum seruile deiecerat, Aaron sanctum unum praefecerat sacerdotem. sed cum ministri eius sacerdotium non sibi debitum concupiscentes seducta parte populi inlicite inuaderent, ritum imitati sacrorum ducentos et quod excurrit ministros secum perituros cum turibulis in fronte seducti populi posuerunt. deus, cui displicet scisma, hoc libenter uidere non potuit. indixerant quodammodo deo bellum, quasi esset alter deus, qui alterum acciperet sacrificium. igitur deus pro facto scismate iratus est ira magna, et quod in sacrilegos et parricidam non fecerat, in scismaticos fecit. stabat ministrorum acies et multitudo sacrilega cum interdictis sacrificiis suis ilico peritura; negatum et subductum est paenitentiae tempus, quia non talis erat culpa, quae ueniam mereretur. mandata est terrae fames: statim fauces suas in populi diuisores aperuit et contemptores mandatorum dei auido hiatu absorbuit. intra momenti spatium ad transglutiendos praedictos terra patuit, rapuit, clausa est. et ne beneficium de mortis conpendio consequi uiderentur, dum non essent digni uiuere, his nec mori concessum est: tartareo carcere subito clausi ante sunt sepulti quam mortui. et miramini in uos aliquid tale aspere factum, qui scisma aut facitis aut colitis, cum uideatis, quid magistri primitiui scismatis

2 sq. cfr. Num. 16

1 deicerat (e *s. l. m. 2*) *R* aharon *P* sanctum] tum *v* 2 sacerdotê (e *ultim. corr. ex* u *m. 2*) *B* ministriș *B* 3 paşte *B* 4 ritu *G* ritum cunctorum im. sacr. *v* (*Cochl. pro* cunctorum *scr.* sanctorum) et quot *RB* 5 excurrunt *G* secum *om. G* turąbulis (i *s. l. m. 2*) *R*, turabilis *G*, turibilis *B* 8 qua (si *s. l. m. 1*) *B* 9 deus pro neglectis mandatis suis iratus *RB*, *(omisso* suis) *vb* 10 parricidas *G* 12 et *(s. l. m. 1?) B* 13 paenit . .] omne *v* 14 famis *P* suas in necem populi diuisoris *G* 16 auido ore *RB edd.* et intra *G* 17 et ne] ęt *R m. 2*, ut *B* ne *om P* 18 demoştis *B m. 2* 19 iis *edd. praeter v* taştareo *B* 20 moştui *B* 21 in uos] uobis *RB edd.* factum esse *G* qui sc. aut colitis aut facitis *P*, qui sc. usurpato ecclesie nomine *(cfr. eadem uerba p.* 25, 5 *sq.)* aut facitis aut colligitis *G* 22 magistri uestri primitiuis *G*, mag. primi *RBv*

pati meruerunt. an quia cessat talis modo uindicta, ideo tibi cum tuis uindicas innocentiam? deus in singulis rebus exemplorum posuit formam, ut sit, quod inputet imitantibus . prima peccata ad exemplum praesens poena conpressit, secunda iudicio reseruabit. quid ad haec dicturi estis, qui scisma usurpato ecclesiae nomine et occulte nutritis et inpudenter defenditis?

22. Sed quia audio aliquos de societate tua litigandi studio chartas habere nescio quas, quaerendum est, quibus sit adcommodanda fides, quae cum ratione concordent, quae cum ueritate confibulent. uestrae si sunt aliquae, mendaciis forte uideantur adspersae. nostras chartas probant et conflictus causarum et contentiones partium et exitus iudiciorum et epistulae Constantini. nam quod de nobis dicitis, quid christianis cum regibus? aut quid episcopis cum palatio? si nota est nosse reges, uos tota perfundit inuidia. nam maiores uestri: Lucianus, Dignus, Nasutius, Capito, Fidentius et ceteri imperatorem Constantinum harum rerum adhuc ignarum his precibus rogauerunt, quarum exemplum infra scriptum est: rogamus te, Constantine optime imperator — quoniam de genere iusto es, cuius pater inter ceteros imperatores persecutionem non exercuit et ab hoc

20 cfr. Aug. ep. 53, 5 ; 76, 2

3 formas *P* inputet et *RBvb (Cochl. sic interp.:* inp. et imitantibus prima peccata, ad) 4 peccata] praecepta *G* exemplum ponens praesens *G* 5 reseruauit *P* ad haec] adhuc *B* 6 occulte] stulte *G* 7 defendit *(corr. m. 2) G* 8 litigandis *P*, litigantes *G* 9 castas *B (sic saepius)* 10 cum *ante* ueritate *om. G* 11 confabulent *RBG*, confabulentur *vb* (confibulentur *coni. Casaub.*) 12 probent *G* causarum et epistole *(i. mg. add.* et contentio partium et exitus iudicii *m 2) G; praeterea m. 3 adnot.:* 'desunt in ms.' 13 contentio *PG* pastium *B* 14 de nos *G (adscr. i. mg. m. 3* constantinus *sed nihil corr.)* 16 uos nota ista perfundit *P* inuidia *om. PG* 17 nassutius *vb (sic et infra)* fidencius *B* 18 ignarum adhuc *G* 20 te o *vb* constantinusptume *(corr. m. 1?) B* quoniam] quo *B* 22 imperator es *(ligat. m. 2) B* ob hoc *RB*

facinore inmunis est Gallia, nam in Africa inter nos et ceteros episcopos contentiones sunt — petimus, ut de Gallia nobis iudices dari praecipiat pietas tua. datae a Luciano, Digno, Nasutio, Capitone, Fidentio et ceteris episcopis partis Donati.

23. Quibus lectis Constantinus pleno liuore respondit. in qua responsione et eorum preces prodidit, dum ait: petitis a me in saeculo iudicium, cum ego ipse Christi iudicium expectem. et tamen dati sunt iudices Maternus ex Agrippina ciuitate, Reticius ab Augustoduno ciuitate, Marinus Arelatensis. ad urbem Romam uentum est ab his tribus Gallis et ab aliis quindecim Italis. conuenerunt in domum Faustae in Laterano Constantino quater et Licinio ter consulibus sexto Nonas Octobris die, sexta feria, cum consedissent Miltiades episcopus urbis Romae et Reticius et Maternus et Marinus episcopi Gallicani et Merocles a Mediolano, Florianus a Sinna, Zoticus a Quintiano, Stennius ab Arimino. Felix a Florentia Tuscorum, Gaudentius a Pisis, Constantius a Fauentia, Proterius a Capua, Theophilus a Beneuento, Sabinus

7 cfr. epist. Constantini ad episc. conc. Arelat. (Harduin I 268) et huius editionis append. V (C fol. 32^{b})

1 inmanis *P* 3 de gallias *(sic) G*, degalilea *(corr. m. 2) B* 4 aluciano *B* fidencio *B* 5 pastis *B* donati *(s. l. m. 1) P* 6 constantin'is *(corr. m. 2) B* plenus *v* liuore] libro *P*, libello *G* 7 praeces (a *eras.*) *R* 8 in saeculo] episcopi *PG* et ego *P* iuditium Christi *G* 9 iudices] principes *G* 10 et 15 reticus *RBv* ab agustoduno *R*, abagustinoduno *B*, augustuduno *G* 11 arillatensis *P*, a relat . . *G* urb. romanam *P* ab iis *b* trebus *P* 12 ab *om. G* italicis *G* 13 in laterani *libri* quarto *G* III cons *(i. mg. adp. m. 2) G* 14 sextum n. octobres *P (Cochl. sic interp.* octobris. die s.) 15 multiadest *G (cfr. p.* 27, 10*)*, melchiades *Cochl. i. mg.* urbis *om. v* 16 merodes amediolano *B* 17 asinna *B*, caesena *b (Cochl. corr.* a Siena) zoticus] zonais *P*, zoncus *G* stennuis *(sic) B m. 2*, stemnus *v*, Stemnius *b* ab arimini *P* 18 gaud. apicis *(sic) B*, caudentius *v* constancius afauencia *B*, constantinus *v* 19 theofilius *G*, theopholus *v* sauinus *Rb*, suinus *B m.* 2

a Terracina. Secundus a Praeneste. Felix a tribus Tabernis, Maximus ab Ostia, Euandrus ab Ursino, Donatianus a Foro Claudii.

His decem et nouem consedentibus episcopis causa Donati et Caeciliani in medium missa est. a singulis in Donatum sunt hae sententiae latae: quod confessus sit se rebaptizasse et episcopis lapsis manum inposuisse, quod ab ecclesia alienum est. testes inducti a Donato confessi sunt se non habere. quod in Caecilianum dicerent. Caecilianus omnium supra memoratorum sententiis innocens est pronuntiatus, etiam Miltiadis sententia, qua iudicium clausum est his uerbis: cum constiterit Caecilianum ab his, qui cum Donato uenerunt, iuxta professionem suam non accusari nec a Donato conuictum esse in aliqua parte constiterit, suae communioni ecclesiasticae integro statu retinendum merito esse censeo.

25. Sufficit ergo et Donatum tot sententiis esse percussum et Caecilianum tanto iudicio esse purgatum. et tamen Donatus appellandum esse credidit. ad quam appellationem Constantinus imperator sic respondit: o rabida furoris audacia! sicut in causis gentilium fieri solet, appellandum episcopus credidit et reliqua.

11 sq. unde haec sumpserit Optat. non constat. 19 cfr. epist. Const. l. c.

1 a tarracena *P*, a terracena *R*, aterracena (r *alterum insert. m. 2*) *B* secundinus *PRB* preneste *BG*, praesente *P* 2 ab Ostio] ab hostis *R*, *(ligat.) B* a tribus ostis *G*, ab hostia *v* claudi uel foro iulii *(del. m. 2?) G* 3 decim] (i *corr. in* e *m. 2*) *B* considentibus *Pb* 4 in medio *G* in Donatum sunt dictae sententiae quod *P*, in D. dicte sunt he sententie *G* 5 se rebaptizare *RB*, fere baptizasse *G (corr. m. 2 in mg.* se rebaptizasse) se *om. v.* 8 habere in C. quod dicerent *G* 10 melciadis *RB* miltia⌣dis sentia *(sic, corr. i. mg. m. 2) G, in v deest emendatio i. mg. (cfr. p.* 26, 15) qua] quia *G* iuditium coagulatum est *G* clausau^{um} *P* 11 his etiam uerbis *G* 12 uenerant *G* 13 accusare *RB* parte] professione *PG* 15 merito *om. P* 16 percussum esse *G* 18 appellandum esse episcopus (episcopum *B m. 1*) credidit et reliqua *RBv (haec uerba ex* c. 25 *fine transposita uidentur)*, appell. esse ab episcopis credidit *edd.* 19 orbita *v (corr. Cochl.* o rabida) furoris furoris *B* 20 assolet *G* appellandum esse ep. cr. et caetera *G (cfr. l.* 18) appell. — reliqua *om. RBv*, appellationem interposuerunt *edd. (quae leguntur in Constantini epistula l. c.)*

26. Eeodem tempore idem Donatus petiit, ut ei reuerti licuisset * * ad Carthaginem accederet. tunc a Filumino, suffragatore eius, imperatori suggestum est, ut bono pacis Caecilianus Brixiae retineretur; et factum est. tunc duo episcopi ad Africam missi sunt, Eunomius et Olympius, ut remotis binis unum ordinarent. uenerunt et apud Carthaginem fuerunt per dies quadraginta, ut pronuntiarent, ubi esset catholica. hoc seditiosa pars Donati fieri passa non est, de studio partium strepitus cotidiani sunt habiti; nouissima sententia eorundem episcoporum Eunomii et Olympii talis legitur. ut dicerent illam esse catholicam, quae esset in toto orbe terrarum diffusa, et sententiam decem et nouem episcoporum iamdudum datam dissolui non posse. sic communicauerunt clero Caeciliani et reuersi sunt. de his rebus habemus uolumen actorum, quod si quis uoluerit, in nouissimis partibus legat. cum haec fierent, Donatus ultro prior ad Carthaginem redit. quo audito Caecilianus ad suam plebem properauit. hoc modo iterum renouellatae sunt partes.

1—4 cfr. Aug. breu. collat. 20, 38

1 petit *G* ei] ei *B* reuertenti ad Carth. contingeret *RBv* (*Cochl. mutauit* reuertenti *in* reuerti, *quem secutus est Bald.*), reuerti licuisset et nec ad C. accederet *PG, quae lectio proxime accedit ad Aug. uerba l. c. fortasse sic scribendum est* ut ei reuerti licuisset. ad ea mandatum, ne ad Carthaginem accederet 2 afulumno *B m. 2, apud Aug.* Philomeno 3 esuggestum *B* 4 bryxe *P*, brixe *R*, brixe *BGv* (*corr. Cochl.*) *cfr. Aug. l. c.* 5 ab africa *G* enomius *B* Olympus *P.* Olimpius *B* ut remotis binis singulos ord . . . *P*, ut rem. duobus unum ord. *RBvb*, ut—ordinarent *om. G*, binis . . unum *scripsi* 6 et om. *RBvb* Kastaginem (*sic*) *B* 7 dies quinquaginta *G* (*sic litteris exarat.*) ut (*adscr. in mg. sinistr. m. 1?*) *B* ut pronuntiaretur *PG* 8 seditiosa] studiosa *G* fueri *B* 9 pastium *B* sunt *repet. initio fol. sequ. G* nouissa *B* 10 eorum unde *RBv* (*Cochl. coni.* eorum uidelicet), eorum episc. . . *b* Eunomi et Olympi *P*, Olympi (i *s. l. m. 2*) *R*, Olimpi *B* 11 illam *om. v* esse *om. B* 12 terrarum orbe *G* decim *PR* 14 de iis *edd. praeter v*, de rebus his *B* 15 uolumina *RBvb* quis (s *m. 2 add.*) *R*, qui *G* 16 cum h. fierent] inter haec *P*, i. hec *G* 17 kataginem *B* rediit *G* hoc audito *RBvb* 18 renouellatae] renouatae *Cochl. i. mg. adscr. Balduino probatus* pastes (*sic*) *B*

constat tamen et Donatum tot sententiis esse percussum et Caecilianum innocentem totidem sententiis pronuntiatum.

27. Sed quia in ipsa causa iamdudum in catholica duorum uidebantur laborare personae, et ordinati et ordinatoris, postquam ordinatus in urbe purgatus est, et purgandus adhuc remanserat ordinator. tunc Constantinus ad Aelianum proconsulem scripsit, ut remotis necessitatibus publicis de uita Felicis Autumnitani publice quaereretur. sedit, cui erat iniunctum. inducti sunt Claudius Saturianus, curator reipublicae, qui fuit tempore persecutionis in ciuitate Felicis, et curator praesentis tunc temporis, quando causa flagitabatur, Callidius Gratianus, et magistratus Alfius Caecilianus, sed et Superius stationarius perductus et Ingentius scriba publicus pependit sub metu inminentium tormentorum. responsis omnium nihil tale inuentum est, quod uitam Felicis episcopi sordidare potuisset. habetur uolumen actorum, in quo continentur praesentium nomina, qui fuerant in causa Claudii Saturiani curatoris et Caeciliani magistratus et Superii stationarii et scribae Ingentii et Solonis officialis publici ipsius temporis. post quorum responsa a supra memorato proconsule haec pars sententiae dicta est: Felicem autem religiosum episco-

6 sq. cfr. Aug. ep. 88, 4; c. Cresc. 3, 70; gest. purg. Fel. (app. II, C fol. 29 a)

1 et *om. RBv* (*cfr. eadem fere p.* 27, 16) 3 incatholica *B* 5 in urbem *G* et *om. RBvb* 6 helianum *G*, cecilianum *RBv* 8 aut tumnitani *B*, Autungitani *b* quaereretur] *Cochl. i. mg. scr.* quęreret sedet (sed et *B*) cui . . . indictum *RB*, sedit id cui . . . iniunctum *G*, sed et cui erat iudicium, inducti *v*, sedit—iniunctum *om. b* 9 inducti] indicti *B* Satorianus *P* 11 causam (m *eras.*) *R*, causam *v* Calidius *PG* 12 Gracianus *B* et *ante* magistr. *om. G* et Alfidius Cecilianus magistratus *G* Alfilius *P* et Sup.] exsuperius *G*, et Superstationarius *vb* (*cfr. l.* 18) 13 rationarius *RB* 15 talem (m *eras.*) *R* est quod uitam F. e. ordinare pot. . . *RBv* (*Cochl. adn.* deordinare), est quod uita F. episcopis (*sic*) ordinare non pot . . . *G*, est in uita F. e. propter quod ordinare non potuisset *scr. Dupin.* 16 habentur uolumina . . . in quo (in quibus *vb*) *RBvb* 17 fuerunt in causa id est Claudi *PG* Satoriani *P* 18 cecilianus magistratus *B* et Superii] et sup *RB*, et exsuperi *G*, et Superstationarii *vb* (*cfr. l.* 12) 19 Ingenti *RB* et officialis *R* ipsius] illius *G* 21 autem] *adscr. i. mg. m. 2* autumnitanum *G* episcopum *om. G*

pum liberum esse ab exustione strumentorum deificorum manifestum est, cum nemo in eum aliquid probare potuerit, quod religiosissimas scripturas prodiderit uel exusserit. omnium enim interrogatio supra-scriptorum manifesta est nullas scripturas deificas uel inuentas uel corruptas uel incensas fuisse. hoc actis continetur, quod Felix episcopus religiosus illis temporibus neque praesens fuerit neque conscientiam adcommodauerit neque aliquid tale fieri iusserit. unde repulsa atque extersa infamia cum ingenti laude de illo iudicio recessit. iamdudum opinionis incertae et inter caligines, quas liuor et inuidia exalauerat, latere ueritas uidebatur. sed etiam omnis scriptura memorata et actorum uoluminibus et epistulis commemoratis aut lectis reuelata est.

28. Uides te, frater Parmeniane, in catholicos traditorum nomine falso obiecto frustra esse inuectum, mutans uidelicet personas et transferens merita. clausisti oculos, ne parentes tuos reos agnosceres, aperuisti eos, ut innocentes et indignos criminose pulsares. omnia pro tempore, nihil pro ueritate, ut et de te dixerit beatissimus apostolus Paulus:

1 esse liberum se episcopum *G* librum *B* ab exustionene (*sic*) *G* exussione *v* instrumentorum *RBG*, (*gest. Fel. l. l*) *C* (*sed cfr.* VI, 5, *Rönseh Ital. p.* 470 & 511) deificorum *om. Rd* 2 cum neno (*sic*) *B* 3 quod *om. v* scripturas (scripturaras *B*) prodiderit (uel exuss. *om.*) *RB*, sc. tradiderit uel exusserit *Gb*, prodiderit—nullas scripturas *om. v* 4 interrogantium *RB*, interrogatio *PG*, *fortasse legendum* omnium interrogatione . . . manifestatum (*cfr. gesta purgat. Felicis l. l.* omnium enim interrogatio supra scripta manifestata est *C fol.* 29ª) superscribtorum *P*, supra scripta *b* 6 correptas *B* hoc . . . continentur *RB* 7 quod] quo *P* 8 conscien|am (*sic*) *B*, constantiam *v* 9 tale aliquid *P et C* (*gest. Fel. l. l.*) 10 pulsa *RBv* de *om. RBvb* 12 liuorę *P* 13 etiam] iam *PG*, et iam *B* supra memorata *G* 14 renouata (le *m. 2 s. l.*) *B*, reuelatum *G*, renouata *b* 15 te *om. RB edd.* 16 false *PG* inuentum *G* (i *mg. m. 2* inuectum), *RBvb* 17 personis (a *s. l. m. 2*) *R* transferans *G* 18 agnosceris *P* eos] os *G* in nocentes *B* 19 criminosos indignos pulsares *G*, ind. crimini copulares *RBvb* 20 baptissimus apost. *B*

quidam autem conuersi sunt in uaniloquium uolentes se esse legis doctores, non intellegentes, quae dicunt neque de quibus adfirmant. paulo ante docuimus uestros parentes fuisse traditores et scismaticos; et tu ipsorum heres nec scismaticis nec traditoribus parcere uoluisti. iam igitur documentis supra memoratis omnia tela, quae falso in alienos iactare uoluisti, ueritatis clipeo repulsa in tuos parentes reciproco ictu uertuntur. omnia igitur, quae a te in traditores et scismaticos dici potuerunt, uestra sunt; nam nostra non sunt, qui et in radice manemus et in toto orbe terrarum cum omnibus sumus.

1 I Tim. 1, 6 sq.

1 uani loquium *G* 2 se *om. G* 3 ante enim *RB* 4 parentes] patres *RBv* scism. et trad. *RBvb* heres fuisse *RB* 5 parcere] parere *RBv* 6 in alieno *R* 7 iactare *om. v* 10 qui] quia *RBvb* et *post* qui *om. RBv* 11 sumus amen EXPLICIT LIBER PRIMVS (*litt. rubr.*) *R fol. 11ª, B fol. 10ª 1, eadem in v* SVMVS. EXPLICIT LIB. I (*rubr.*) *P fol. 258ª*, Explicit liber primus sancti Optati (*om.* amen) *G fol. 11ª*

LIBER SECUNDUS.

1. Quoniam et qui fuerint traditores ostensum est et scismatis origo ita monstrata est, ut paene oculis perspecta uideatur, etiam haeresis ab scismate quid distet ostendimus: illud demonstrare iam proximum est — quod nos promisimus secundo loco esse dicturos — quae sit una ecclesia, quam columbam et sponsam suam Christus appellat. ergo ecclesia una est, uius sanctitas de sacramentis colligitur, non de personarum superbia ponderatur; ergo hanc unam columbam et dilectam sponsam suam Christus appellat. haec apud omnes haereticos et scismaticos esse non potest; restat, ut uno loco sit. eam tu, frater Parmeniane, apud uos solos esse dixisti, nisi forte quia uobis specialem sanctitatem de superbia uin-

7 et 9 cfr. Cant. 6, 8

INCIPIT LIB. II. OPTATI (*rubr.*) *P fol. 258*^{b}, INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI SECVNDI (*rubr.*) *R fol. 11*^{a}, Incipiunt capitula libri secondi (*sic*) *B fol. 10*^{a} *1*, Secundi libri argumentum (*rubr.*) *G fol. 11*^{a}; *addunt PRBGvd libri II. argumentum, quod iterum exstat in P fol. 243*^{b}: In hoc secundo libello declaratur (declaratu *fol. 243*^{b} *P, sed* declarat *hoc loco*), quae sit una et uera (uera et una *RB*) ecclesia (*om. RB et P fol. 243*^{b}) catholica et ubi et apud quos maneat et quinque dotes ecclesia (eclesie *P*) in catholica esse magis quam in ea parte (inea paste *B*), quam (qua *RBv*) sibi (*om. RBv*) scismatici facere uoluerunt, et quod inpie nouacula (nouacule *B*) paenitentiae raserint capita sacerdotum et quod homicidia fecerint et illa, quae ad salutem credentium procurata fuerant, aut canibus dederint aut abiecerint. INCIPIT LIBER SECVNDVS (*rubr.*) *R*, (*litt. minor. rubr.*) *B* EXPLICIT. INCIPIT LIBER SECVNDVS (*rubr.*) *G*, Optati Afri Mileuitani incipit liber secundus *v*

2 Quo (Q *rubr.*) qui *B* et *ante* qui *om. R* qui *om. P* (Quoniam—ost. est *rubr. R*) et *post* est *om. G* 3 itai *B* praespecta *R*, prespecta *B* 4 etiam et haer. *P* hereses *R* distet] discet *B* 5 iam proximo est *G* quod—dicturos (*in parenth.*) *R* 6 esse *om. v* 7 suam *om. d* 8 collegitur (i *s. l. m. 2*) *R* 9 superb. person. *RBvb* 10 delictam *B* 13 qui auobis *B* spēcialem (*sic*) *B*

dicare contenditis, ut ubi uultis, ibi sit ecclesia et non sit, ubi non uultis. ergo ut in particula Africae, in angulo paruae regionis [ut] apud uos esse possit, apud nos in alia parte Africae non erit? in Hispaniis, in Gallia, in Italia, ubi uos non estis, non erit? si apud uos tantum[modo] esse uultis, in tribus Pannoniis, in Dacia, Moesia, Thracia, Achaia, Macedonia et in tota Graecia, ubi uos non estis, non erit? ut apud uos esse possit, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Pamphilia, Phrygia, Cilicia et in tribus Syriis et in duabus Armeniis et in tota Aegypto et in Mesopotamia, ubi uos non estis, non erit? et per tot innumerabiles insulas et ceteras prouincias, quae numerari uix possunt, ubi uos non estis, non erit? ubi ergo erit proprietas catholici nominis, cum inde dicta sit catholica, quod sit rationabilis et ubique diffusa? nam si sic pro uoluntate uestra in angustum coartatis ecclesiam, si uniuersas subducitis gentes, ubi erit illud, quod filius dei meruit? ubi, quod libenter ei largitus est pater in secundo psalmo dicens: dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae? ut quid tale infringitis promissum, ut a uobis mittatur quasi in quendam carcerem latitudo regnorum? quid tantae pietati obstare contenditis? quid contra saluatoris merita militatis? permittite filium possidere concessa, permittite patri promissa conplere. cur ponitis metas? cur figitis terminos? cum a deo patre saluatori tota

18 Ps. 2, 8

1 contendiştis (s *prius del.*) *P* 2 non (*s. l. m. 1*) *B* in anigulo *B* 3 regionis ut apud *PBv* 4 his paniis *B* in Italia, in Gallia *vb* Italia] *repetuntur uerba* parte Africae—in Italia *RB* (*priora del. lineol. R*) 5 tantum (*om.* modo) *PG* 6 trebus *P* Mysia *codd.* (misia *Bvb*) tracia *RBG* 7 Grecia *RB* 8 in Ponto] Inpoto (*sic*) *B*, in Ponte *v* Galacia *B*, Gallatia *v* cappadotia *G* Pamfylia *P*, pampifilia *RB* 9 Frygia *P*, frigia *RB*, phrigia *G* Cylicia et in trebus *P* 10 egipto *B* mesophotamia (h *exp.*) *G* 13 erit *om. G* dicta *om. B* 14 rationabilis] rationabiliter ubique *Casaub. commendauit, si quid mutandum est; alii pro* ration. *scrips.* non nationalis 15 cohartatis *RB* 17 ubi erit quod *edd.* 19 talem *R* 20 quadam *B* 24 terminos *PG*, limites *cett.*

terra promissa sit, non est quicquam in aliqua parte terrarum, quod a possessione eius uideatur exceptum. tota est donata terra cum gentibus, totus orbis [terrae] Christo una possessio est. hoc probat deus, qui ait: dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae. et in LXXI psalmo de ipso saluatore sic scriptum est: dominabitur a mari usque ad mare et a fluminibus usque ad terminos orbis terrae. pater dum donat, nihil excipit; uos ut concedatis unciam, totam libram auferre conamini. et adhuc nitimini suadere hominibus apud uos solos esse ecclesiam auferentes meritum Christo, negantes praestitutum a deo. o uestra ingrata et stulta praesumptio! Christus uos cum ceteris in societatem regni caelestis inuitat et coheredes sitis hortatur, et uos eum in hereditate sibi a patre concessa fraudare laboratis, dum Africae partem conceditis et totum terrarum orbem, qui ei a patre donatus est, denegatis. quid mendacem uideri uultis spiritum sanctum, qui in XLVIIII psalmo omnipotentis dei beniuolentiam narrat, dum dicit: deus deorum dominus locutus est et uocauit terram ab ortu solis usque ad occasum? uocata est ergo terra, ut caro fieret, et sicut legitur, facta est et debet laudes [deo] creatori suo. denique commemoratur spiritu sancto hortante et dicente in CXII psalmo, dum dicit: laudandum nomen domini ab ortu solis usque ad occasum et iterum in

4 Ps. 2, 8 6 Ps. 71, 8 19 Ps. 49, 1 23 Ps. 112, 3

1 paste (*sic*) *B* 2 excerptum *P*, ex/eptum (*siue* cptum) *B* 3 terra donata *B* totius *vb* orbis terrae *P* est possessio *G* 4 deus pater *G* in hereditatem (*om.* tuam) *G* 6 LXXI mo (*sic*) *RB*, (*hic numerus litteris exaratus in G*) et dominabitur *G* 7 amari *B* et ad (d *eras.*) *B* 8 terrae orbis *B* 10 nitemini *P* ọmṇịḅṣ hominibus (omn. *semieras.*) *B* 12 deo (*om.* a) *PRB* 13 ceteris] terris *RB* in societate *G* et ut coher. *RBvb* 14 ịṇ *(expunct.)* hered. *R*, de hered. *G* 15 laboratis excludere (*pro* fraudare) *G* 17 uidere *v* in quadragesimo nono *G*, quadragesimo octauo *vb* 20 ostu (*sic*) *B* 21 sicuti *G* deo *om. RBG edd.* 22 denique] deinde *B* 23 centesimo duodec° *G* 24 ortu (r *corr. ex* s) *B*

XCV psalmo: cantate domino canticum nouum. si hunc uersum solum diceret, possetis dicere, quia uos solos hortatus est spiritus sanctus. sed ut ostenderet, quia non ad uos solos dictum est sed ad ecclesiam, quae ubique est, secutus est dicens: cantate domino omnis terra, pronuntiate inter gentes gloriam ipsius, in omnibus populis mirabilia eius. pronuntiate, inquit, inter gentes, non dixit ‚in particula Africae, ubi uos estis', pronuntiate, inquit, in omnibus populis; qui omnes populos dixit, neminem excepit, et uos solos ab omnibus populis, de quibus hoc mandatum est, separatos esse gratulamini et uultis uos solos esse totum, qui in omni toto non estis. laudandum, inquit, nomen domini et a tota terra et ab ortu solis usque ad occasum. numquid pagani extralegales possunt aut cantare deo aut laudare nomen domini et non sola ecclesia, quae in lege est? quam si apud uos tantummodo esse dicitis, fraudatis aures dei. si uos soli laudatis, totus tacebit orbis, qui est ab ortu solis usque ad occasum. clausistis ora omnium christianarum gentium, indixistis silentium populis uniuersis deum per momenta laudare cupientibus. igitur si et deus debitas sibi laudes expectat, et ut sonent, spiritus sanctus hortatur

1 Ps. 95, 1 5 Ps. 95, 1—3 12 Ps. 112, 3

1 nonagesimo et quinto *G* 2 uersum] uerbum *G* diceret] *repetuntur in G uerba* cantate domino canticum nouum possetis] potuissetis *G* hostatus *B* 3 ostenderet] *repetuntur uerba in B* si hunc uersum .... hortatus (r *corr. ex* s *semieraso*) .. ostenderet quia] qui *B* 5 domino] deo *G* pronuncia (*sic*) *B* inter gentes *PG (quod consentit cum Uulgata)*, in gentibus *Rvb*, ingentibus *B* 7 eius] ipsius *G* inquid *P* (*sic et postea*) inter gentes *PG* (*ut l.* 5), in gentes *R*, (*coniunct.*) *B* dicit *v* 9 niminem *P* 10 de] e *P* 11 separ. uos esse *RBvb* solos uos *G* 12 qui omnino in toto (*sic*) *G* laudendum (*sic*) *B* nomen dom. inquit *B* 13 a (*s. l. m. 2*) *B* abortu (r *corr. ex* s) *B* ad] in *G* 14 extra leges *G* aut *om. RBv* 15 nomen dei *Rv* 16 si] nisi *v* esse *om. v* 17 soli] sibi *B* orbis tacebit *B* 18 christianorum (a *s. l. m. 2*) *R*, christianorum *BG* 19 deum] dominum *G* 20 Iigitur si *P* et *om. PG* debita *B* 21 hostatur *B*

et totus orbis, quod debet deo, paratus est reddere, ne fraudetur deus, etiam uos ipsi laudate cum omnibus aut, quia noluistis esse cum omnibus, soli conticescite.

2. Ergo quia probauimus eam esse ecclesiam catholicam, quae sit in toto terrarum orbe diffusa, eius iam commemoranda sunt ornamenta et uidendum, ubi sint quinque dotes, quas tu sex esse dixisti, inter quas cathedra est prima, ubi nisi sederit episcopus, coniungi altera dos non potest, qui est angelus. uidendum est, quis et ubi prior cathedram sederit. si ignoras, disce; si nosti, erubesce: ignorantia tibi adscribi non potest, restat ergo, ut noueris. scientem errare peccatum est; nam ignorantibus nonnumquam solet ignosci. igitur negare non potes scire te in urbe Roma Petro primo cathedram episcopalem esse conlatam, in qua sederit omnium apostolorum caput Petrus, unde et Cephas est appellatus, in qua una cathedra unitas ab omnibus seruaretur, ne ceteri apostoli singulas sibi quisque defenderent, ut iam scismaticus et peccator esset, qui contra singularem cathedram alteram conlocaret.

3. Ergo cathedram unicam, quae est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino successit Clemens,

1 deo *om. vb* frauderetur *B* 2 laudare *B* 3 noluisti esseesse (*sic*) *B* conticiscite *PR*, contiscicite (*corr. i. mg. m. 2*) *G*, conticis cite *B* 4 quia *om. d* probamus *vb* 5 sit] est *d* commemorandae . . (ornamenta *om.*) *v* 7 sex di (*del.*) esse *B* dicis *vb* est] esse *RB* 8 coniungi alter ad eos non poterit *v* (*quae sequuntur* qui est angelus—cathedram sederit *om. v*) poterit *b* quis *G* est *ante* angelus (*s. l. m. 1*) *B* 9 an*ulus *R*, angulus *B*, (anulus *defend. Albasp. sed cfr. II, 6.*), annulus *b* qui *PRBb* prior *om. P* cathedra *PRBb* (*sed cfr. l.* 20) 10 si nosti erub. *om. v* 11 restat—non potes *om. v* 13 scirite *v* (*quod uerbum cum exciperet illa* ignorantia tibi adscr. n. potest, *Cochl.* scienti *i. mg. adpos.*) roma (m *eras. uidetur*) *B*, romana *G* 14 conlatam] conlocatam *P* sederet *P* 15 inde Chefas (*om.* et) *v* Caefas *P*, chefas *R*, çęchefas (ce *eras.*) *B* appellatus est *RBvb* in quo *RB*, in quo uno *v* 16 una *(bis pos.) P* cathedrae *v* 17 quique *P* ut etiam *P* scis. esset et peccator *G* 18 cō̧llocaret (*sic*) *B* 20 Ergo (E *rubr.*) *B* cathedra unica *RBvb* est *om. B* primo *B* 21 sedet *P* Lynus Lyno *v*

Clementi Anacletus, Anacleto Euaristus, Euaristo [Alexander, Alexandro] Sixtus, Sixto Telesphorus, Telesphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri [Eleutherius, Eleutherio] Uictor, Uictori Zephyrinus, Zephyrino Calixtus, Calixto Urbanus, Urbano Pontianus, Pontiano Anterus, Antero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionysius, Dionysio Felix, Felici [Eutychianus, Eutychiano Gaius, Gaio] Marcellinus, Marcellino [Marcellus, Marcello] Eusebius, Eusebio Miltiades, Miltiadi Siluester, Siluestro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius, hodie qui noster est socius: cum quo nobis totus orbis commercio formatarum in una communionis societate concordat. uestrae cathedrae uos originem reddite, qui uobis uultis sanctam ecclesiam uindicare.

4. Sed et habere uos in urbe Roma partem aliquam dicitis: ramus est uestri erroris, protentus de mendacio, non de radice ueritatis. denique si Macrobio dicatur, ubi illic

1 anicletus anicleto *codd. v* (ani/clitus anicleto (*sic*) *B*), *corr. Cochl.* eucharistus euchariſto *Rv* (*corr. Cochl.*), euch . . . eucariſto *B* Alexander Alexandro *om. libri et vb, i. mg. adp. m. 2 G* (*hoc nomen postea insertum* pro Eleuth . . . *in omnibus libris*) 2 Syxtus *P* Telesforus *P*, thelesporus *Rv*, theles porus thelesporo (*sic*) *B*, Thelesforus *G* Haesignus *P*, Higinus *G* 3 anicletus *RB* sotero *PRB* Eleutherius Eleutherio] Alexander Alexandro *libri*, (*i. mg. m. 2 adscr.* Eleutherius Eleutherio *G*) 4 Zyfirinus *P*, zeferinus *RB*, Zefyrinus zefirino (*sic*) *G*, Zepherinus *vb* Callistus *P*, calistus *RB*, Caixtus *G* 5 Uranius *P*, Urṇanius Urṇanio (*corr. i. mg. m. 2*) *G* poncianus *B* Anteres *P*, antheros anthero *RB*, antherus *Gvb* 6 fauianus *PRB* Cornilius *P* Stefanus *P* 7 Syxtus *P* Dionisius *PRB*, Dionysius Dyonysio (*sic*) *G* 8 Eutychianus—Gaio *om. codd.* 9 Marcellus Marcello *om. libri* meltiades *G* 11 Syricius *P*, Siricus *G* qui hodie *PG* (Damaso S. h . . . *suspicatur Bald. spuria*) 12 nobiscum *G* commestio (*sic*) *B* 13 concordant *RB* (cum quo nobis totius orbis c. formatae uti in una . . . concordat *propos. Barthius*) 14 cathedre (e *fin. corr. ex* am, *ut uidetur*) *B* uultis ça̤u̥ṣa̤m sanctam *B* 16 uos *om. v* Roma *om. v* partem (r *corr. ex* s) *B* 17 ramulus *G* uestri est *B*

sedeat, numquid potest dicere, in cathedra Petri? quam nescio si uel oculis nouit et ad cuius memoriam non accedit quasi scismaticus contra apostolum faciens, qui ait: memoriis sanctorum communicantes. ecce praesentes sunt ibi duorum memoriae apostolorum. dicite, si ad has ingredi potuit aut obtulit illic, ubi sanctorum memorias esse constat. ergo restat, ut fateatur socius uester Macrobius se ibi sedere, ubi aliquando sedit Encolpius; si et ipse Encolpius interrogari posset, diceret se ibi sedere, ubi ante sedit Bonifatius Ballitanus; deinde si et ipse interrogari posset, diceret, ubi sedit Uictor Garbensis a uestris iamdudum de Africa ad paucos erraticos missus. quid est hoc, quod pars uestra in urbe Roma episcopum ciuem habere non potuit? quid est, quod toti Afri et peregrini in illa ciuitate sibi successisse noscuntur? non apparet dolus, non factio, quae mater est scismatis? interea ut Uictor Garbensis hinc prior mitteretur — non dico lapis in fontem, quia nec ualuit puritatem catholicae multitudinis perturbare, sed quia quibusdam Afris urbica placuerat commoratio et hinc a uobis profecti uidebantur — ipsi petierunt, ut aliquis hinc, qui illos conligeret, mitteretur. missus est igitur Uictor: erat ibi filius sine patre, tiro sine principe.

3 Rom. 12, 13

1 ca/////thedra *G* (*membr. spatio 4 uel 5 litt. perforata*) nescio quam sine loculis *v* 4 ibi] tibi *G* 5 ingredi populi (li *eras.*, t *s. l. m. 2*) ita ut obtulit *R*, ingr. potu*itaut optulit *B*, ingr. populi: ita ut obt. *v* (*Cochl. ante* populi *inseri iubet* cum uiderunt), potuit ita ut obtulerit *b* 6 memoria *G* 7 uester] uidelicet *v* 8 encolpius (*utrimque*) *B*, enclopius *G* et ipse Enc. *om. P* Enclopius(*ut supra, sed corr. m. 2 i. mg.*) *G* 9 posset interrogari *vb* potuit *G* ante *om. G* Bonifatius Uallitanus *P*, Bonifacius Bellitanus *G* 10 interrogare *G* potuisset *PRBvb* 11 Carbensis *P* (*sed recte l. 16*), garbiensis *b* (*sed cfr. p.* 17, 4) paucos ceraticos *v* (*corr. Cochl.*) 13 est toti quō toti *B* 14 toti Africae peregrini *v* 15 scismaticis *B* interea Uict. Garb. ut hinc (hunc *B*) *RB edd.* 18 p lacu erat *(B)* 19 ipi *(sic)* petiuerunt *P* perierunt *B* 20 aliqui *P* 21 tyro *RG*, ti ros *B*, atro *v* (*Cochl. coniec.* actor)

discipulus sine magistro, sequens sine antecedente, inquilinus sine domo, hospes sine hospitio, pastor sine grege, episcopus sine populo. non enim grex aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter quadraginta et quod excurrit basilicas locum, ubi conligerent, non habebant. sic speluncam quandam foris a ciuitate cratibus saepserunt, ubi ipso tempore conuenticulum habere potuissent; unde Montenses appellati sunt. igitur quia Claudianus Luciano, Lucianus Macrobio, Macrobius Encolpio, Encolpius Bonifatio, Bonifatius Uictori successisse uidentur: si Uictori diceretur, ubi sederet, nec ante se aliquem illic fuisse monstraret nec cathedram aliquam nisi pestilentiae ostenderet. pestilentia enim morbis extinctos homines ad inferos mittit, qui inferi portas suas habere noscuntur; contra quas portas claues salutares accepisse legimus Petrum, principem scilicet nostrum, cui a Christo dictum est: tibi dabo claues regni caelorum et portae inferorum non uincent eas.

5. Unde est ergo, quod claues regni caelorum uobis usurpare contenditis, qui contra cathedram Petri uestris praesumptionibus et audaci sacrilegio militatis, beatitudinem repudiantes, qua laudari meruit, qui non abiit in consilio inpiorum et in uia peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiae non sedit? in consilio inpietatis itum est a maioribus uestris, ut diuideretur ecclesia. inierunt etiam peccatorum uiam, dum Christum partiri conati sunt, cuius

15 Matth. 16, 18 & 19 21 Ps. 1, 1

1 sine *(s. l. m. 2)* antec. *B* 4 excurrunt *G* (*cfr. p.* 24, 5) 5 foras *G* 6 gradibus *RBvb* serpserunt *RB* ipso] pro *coniec. Barthius* 7 unde et *G* 8 Claudianus—Macrobio *om. P* Lucianus Macrobio *om. G* Enclopio En∗clopius *(membr. perforata sicut* 38, 1), encalpio encolpius *(sic) B* 9 Bonifatio Bonifacius *(sic) G* uidetur *P*, uideatur *v* 10 sederat *RB*, sederit *edd.* 14 salutaris *RB* 16 infernorum *B* nonū cen/teas *B* 18 caelorum *om. RBvb* 20 audacis (i *s. l. m. 1*) *R*, audaciis *Bvb* sacri legio *B* 21 concilio *G (paulo infra* consilio) 22 inuia *B* 23 pestilentium *G* in consilium *P* 24 ut diuiderent ecclesiam. Iuerunt *vb* inierunt et a peccorum *(sic) B* 25 partiri (r *prius corr. ex* s) *B*

Iudaei nec uestimenta scindere uoluerunt, cum apostolus [Paulus] clamet et dicat: numquid diuisus est Christus? et utinam, si iam malam uiam intrauerant, agnito peccato super se reuerterentur, id est emendarent, quod errauerant, reuocarent, quam fugauerant pacem. hoc erat de uia reuerti: in uia enim ambulatur, non statur. sed quia parentes uestri reuerti noluerunt, ipsos constat in uia peccatorum stetisse; quorum gressus inpulerat furor, retentos ligauit pigra discordia. et ne regredi ad meliora potuissent, ipsi sibi scismatis conpedes posuerunt, ut in errore [suo] pertinaciter starent, ne ad pacem, quam deseruerant, reuerti potuissent. nec audierunt spiritum sanctum dicentem in psalmo XXXIII: diuerte a malo et fac bonum; inquire pacem et persequere eam, sed steterunt in uia peccatorum suorum. sederunt etiam in cathedra pestilentiae, quae, ut supra diximus, seductos mittit ad mortem. sed dum et uos parentum errorem colentes studiose defenditis, heredes sceleris esse uoluistis, cum filii pacis uel sero esse possetis. cum in Ezechiele propheta scriptum sit: extolle uocem tuam super filium peccatoris, ne uestigia patris sui sequatur, quoniam anima patris mea est et anima filii mea est. anima quae

2 I Cor. 1, 13 12 Ps. 33, 15 19 Ez. 18, 4 & 20

1 scind. uol.] sciderunt *G* 2 Paulus *om. PG* Christus in uobis *P* 3 si iam] suam *GB* agnitio (i *post* t *expunct.*) *G* 4 reuesterentur (st *corr. in* rt *sicut saepius*) *B*, reuerterent *G* 5 deuia *B* 6 uestri *om. v* 7 inuiam *B* stetisse] fecisse *B* 8 impullerat *G*, impleuerat *v* legauit *B* discorda *P* 9 ipsi—reuerti potuissent *(omissa in textu posita sunt imo i. mg. m. 1) R* schismaticis *v (corr. Cochl.)* conpedes posuerant *P*, terminum posuerunt *G* 10 suo *om. PG* ne] nec *G (quod et Casaub. suasit)* 12 triceṇsimo (n *expunct.*) tercio *G* deuerte *P* 13 et sequere *Pvb*, et consequeris *G* 14 suorum sed erunt *B* etiam cathedram *P*, autem cathedram *G* 15 dixi *P* 16 ad] in *RB* mortem (r *corr. ex* s) *B* et dum *RBvb* 17 studiosae *R* defenditis ɐrrɒr (*del.*) heredes ɐrse *P* celeris *B* filii (i *finale corr. ex* s) *B* 18 possitis *P* cum ne zechielo *B* Ezechielo *PR* 20 uestigia] uestia *(sic) B* sui *om. v* quo anima *B* 21 ama fili *P*

peccat, sola punietur, si displiceret uobis, quod parentes uestri peccauerunt, de admissu suo soli redderent rationem; hoc modo uel uos beati esse possetis et laudem de ore prophetae percipere, qui ait in psalmo primo: beatus uir, qui non abiit in consilio inpiorum et in uia peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiae non sedit; sed in lege domini fuit uoluntas eius. quid est aliud in lege habere uoluntatem, nisi diuina praecepta et religiose discere et cum timore conplere? in qua lege scriptum est: pax hominibus in terra bonae uoluntatis, et alio loco, in Esaia propheta: ponam fundamenta pacis in Sion, et alio loco: uideamus, quid loquatur dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, et alio loco: uenit filius dei et factus est in pace locus eius, et alio loco: suscipiant montes pacem populo et colles iustitiam, et in euangelio: pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, et Paulus ait: qui pacem serit, pacem et metet, et in omnibus epistulis suis: pax uobis abundet in nomine patris et filii et spiritus sancti, et in psalmo XXXIII: quaere pacem et consequeris eam. fugata recesserat

4 Ps. 1, 1 sq. 9 Luc. 2, 14 11 Es. 60, 17 12 Ps. 84, 9 13 Ps. 75, 3 15 Ps. 71, 3 16 Ioh. 14, 27 17 II. Cor. 9, 6 18 cfr. I. Cor. 1, 3; 16, 23; Rom. 1, 7 et passim 20 Ps. 33, 15

1 punitur *vb* displicerat (e *s. l. m. 1 ?*) *R*, displicerat *B* 2 peccauerant *P* admisso *P*, ammissu *G* 3 possitis *P* de ore pr.] deo reprophete *B* 4 percipe *B* qui non] *add. et inclus. m. 2* et cetera, *reliquis omissis pergitur* Et in cathedra *G* 7 fuit *om. G* 9 est in euangelio *GB* 10 in Eseia profeta *P*, *om. Rvb* 11 Syon *G* et in psalmo octogesimo quarto *(corr. i. mg. m. 2* quinto) uideamus *G* 12 quid loquitur d. quia loquetur in plibem *(sic)* sum *(sic) P* loquitur *codd.* dom. quo loquitur *B* 13 et alio—et alio loco (*u.* 14) *interciderunt in P* alio loco] in euangelio *G*, *om. b* 14 et alio loco] in psalmo septuagesimo primo *G* 15 populo tuo *G* 16 et iterum in euangelio *(cfr. l. 13) G* 17 qui pacem—epistulis suis *om. P* 18 in uobis *vd* 19 in nomine — spiritus sancti *om. G* sancti et alio loco quaere *RBvb* 20 inquire *G*

pax a patribus uestris; uos eam, sicuti a deo mandatum est, quaerere deberetis, quam nec ultro uoluistis quaerere nec oblatam libenter accipere. quis enim in tot prouinciis, quibus nati estis, audiuit? et si aliquis audiuit, quis non uestrum miretur errorem, quis non uestrum facinus damnet? igitur cum manifestum sit et ipsa luce sit clarius nos cum tot innumerabilibus populis esse et tot prouincias nobiscum, iam uidetis uos in parte unius regionis positos et ab ecclesia uestris erroribus esse separatos, frustra uobis solis hoc nomen ecclesiae cum suis dotibus uindicare, quae magis apud nos sunt quam apud uos, quas constat ita sibi conexas et indiuiduas esse, ut intellegatur unam ab altera separari non posse. etenim numerantur in nomine, sed uno intellectu suo iunguntur in corpore ut in manu digiti, quos interuallis singulos uidemus esse distinctos. unde qui tenet unum, totos teneat necesse est, cum unusquisque a paribus separari non possit. adde quod non unam solam sed omnes proprie possidemus.

6. Igitur de dotibus supradictis cathedra est, ut diximus, prima, quam probauimus per Petrum nostram esse, quae ducit ad se angelum, nisi forte eum uobis uindicantes habetis in loculis clausum. mittite illum, si potestis, excludat septem angelos, qui sunt apud socios nostros in Asia, ad quorum ecclesias scribit Iohannes apostolus, cum quibus ecclesiis

1 si*uti *R*, si uti *B*, sicut a domino *P* man/tum *(sic) B* 2 quaereretis *P*, quereretis *RB*, non quaeritis *vb* 3 quibus] qui *P*, quia *G* 4 et si al. audiuit *om. G* 6 tot *om. P* in numerabilibus *B* 8 uos suos *B* esse positos *G* 9 uestris] ueris *P* esse *om. PG* 10 uindicatis *G*, *inter* uindicare *et* agis *(i. e.* magis *deleto* m) *rasura et add.* quae m *P* 12 una *Pvb* separati *B* 13 iungitur *G* 14 corpore et in manu *P* corpore suo *v* quos] quod *B* interuallit *P* singulis *G* 15 tenet] teneat *G* 17 quod n. un.] quo du|unam *B*, quod non unam *(s. l. m. 1) R* propriae *R* 18 supra scribitis *(sic) P*, s. scriptis *G* ut supra diximus *vb* 19 approbauimus *B* qui *vb*, qua *B* dicit (u *s. l. m. 1) R* 20 uendicantes (i *super* e *prius pos. m. 1) R,B* 21 loculis] oculis *B* septim *P (sic ubique)* 23 Iohannis *P* apostolus Ioannes *vb*

nullum communionis probamini habere consortium. unde uobis angelum, qui apud uos possit fontem mouere aut inter ceteras dotes ecclesiae numerari? extra septem ecclesias quicquid foris est, alienum est. aut si inde habetis aliquem unum, per unum communicatis et ceteris angelis et per angelos supra memoratis ecclesiis et per ipsas ecclesias nobis. si ita est, litigium perdidistis.

7. Ecce iam apud uos omnes dotes esse non possunt; non enim spiritum dei soli uobis uindicare poteritis aut includere, quod intellegitur et non uidetur. sic enim in euangelio scriptum est: nam spiritus deus est et ubi uult, aspirat et uocem eius audis et nescis, unde ueniat et quo eat. permittite deum, unde uelit, ire et quo uelit accedere habeat libertatem, qui audiri potest et uideri non potest. et tamen studio criminandi libenter blasphemare uoluisti, ut diceres: 'nam in illa ecclesia quis spiritus esse potest nisi qui pariat filios gehennae?' uomuisti de pectore tuo conuicium et putasti adiungendum esse de euangelio testimonium, ubi lectum est: uae uobis, hypocritae, qui circuitis maria et terras, ut faciatis unum proselytum, et cum inueneritis, facitis eum filium gehennae dupliciter quam uos estis. si hoc conuicium faciendum erat, quod non licet, quamuis sine causa fiat, utinam aliquis alter ex uestro numero hoc fecisset! te tamen hoc dixisse

4 cfr. Apoc. 1, 4 & 11 (20) 11 Ioh. 3, 8 19 Matth. 23, 15

1 consortium (r *corr. ex* s) *B* 2 posset *v* dotes ceteras *G* 5 communicastis *PG* per angelis (o *s. l. m. 1*) *R* 6 supra *om. vb* memoratos *G* nobisque *v* 8 omnes *om. RB* 9 poterites *P*, potestis *RBvb* 10 enim legitur i. eu. (*om.* scriptum est) *G* 11 deus spiritus *P* 12 spirat *G* sed nescis *(ut in Uulg.) RB* 13 aut quo uadat *G* dominum *pro* deum *PG* ire—quo uelit *om. v* 14 audire *v* 16 inilla *an* nulla *incertum B* qui spiritus *PGB* 17 qui *om. Dupin.* gehennae] iohenne *B (sed cfr. l. 21)* de peccatore *B* 19 hipocritae *B*, ypocrite *G* 20 ut *om. B* prosylitum *P*, proselitum *RBG (ut infra)* 21 facietis *G* gehenne *B* 23 quod non licet *del. Casaub.* 24 alter *om. RBG edd.* hoc dixisset *RBvb*, dixisse (et) *(uncin. m. 2) G* et tamen hoc te *RBG*, et tamen te hoc *edd.*

satis admiror; id falso in alterum te dicere, ex quo, si ordinationem tuam consideres, possis et erubescere? commemorasti enim lectum esse in euangelio: uae uobis, hypocritae, qui circuitis maria et terras, ut faciatis unum proselytum, hoc est, ut mutetis alicuius sectam. tu quidem cuius sectae fueris nescio, tamen inportune a te hoc dictum esse aestimo, quod te iam forte huius dicti paeniteat. numquid nos aliquas peragrauimus terras? numquid nos aliqua circumiuimus maria? numquid nos ad peregrinos accessimus portus? numquid nos aliquem adduximus Hispanum aut Gallum aut nos ordinauimus ignorantibus peregrinum?

8. Nam et fontem constat unam esse de dotibus, unde haeretici non possunt uel ipsi bibere uel alios potare, quia soli sigillum integrum, id est symbolum catholicum, non habentes ad fontem uerum aperire non possunt. * * nam cum in canticis canticorum scriptum sit: umbilicus tuus ut crater tornatilis, umbilicum altare adfirmare conatus es. si umbilicus membrum est in corpore, inter dotes esse non potest, quod membrum est; si ornamentum est, pars corporis non est.

9. Restat iam, ut dotes quinque esse uideantur, quae dotes cum sint ecclesiae catholicae, quae est in tot prouinciis

3 Matth. 23, 15 16 Cant. 7, 2

1 admiror. Id . . diceres *(uel* dicere te) ex quo . . . erubescere? *propos. Casaub., cuius secutus sententiam* te *(om. libri edd.)* dicere *scripsi* falsum *(corr. i. mg. m. 1 ?) B* 3 uobis scribae et pharisei hypocritae *P* 4 faciates *P* 5 hoc *om. v* 6 dictum est aestimo (estimo *G*) *PG* 7 quod (d *eras. uidetur*) *B* te *om. B* forte *om. G* 8 aliquid *(corr. m. 2 i. mg.) G* peragrauimus] circuimus *G* aliqua—maria n. nos] *om. G* circumibimus *(corr. m. 2) R* 9 ad peregrinos—numquid nos *om. B* 10 hi spanum *B* aut] et *edd.* 12 fontem constantinum esse *G*, fontem unum esse *v* 13 uiuere *(s. l. m. 2) R*, uiuere *B* portare *(s. l. m. 2) R*, portare *B* 15 possunt] *asteriscos posui hiatus indices, quem iam Casaub., Balduin. Dupin. alius alio loco sunt suspicati* 16 in *(s. l. m. 1) B* cantico scriptum est *G* scr. est: Sit umb. *vb* 17 tornatilis] ornatus *P*, tornatus *G* 18 umbilicum *P*, umbllcus *(sic) B* est *om. G* 19 est et si *G*

supra memoratis, etiam apud nos hic in Africa deesse non possunt. intellegite uel sero uos esse filios inpios, uos esse fractos ramos ab arbore, uos esse abscisos palmites a uite, uos riuum concisum a fonte. non enim potest origo esse riuus, qui paruus est et non de se nascitur, aut arbor a ramo concidi, cum arbor fundata suis radicibus gaudeat et ramus, si fuerit exsectus, arescat. iamne uides, frater Parmeniane, iamne sentis, iamne intellegis te argumentis tuis contra te militasse, cum probatum est nos esse in ecclesia sancta catholica, apud quos et symbolum trinitatis est, et per cathedram Petri, quae nostra est, per ipsam et ceteras dotes apud nos esse? etiam sacerdotium, quod in nobis adnullare uisus es in excusatione erroris et liuoris uestri, dum post nos rebaptizatis et post socios uestros in peccato detectos hoc non facitis. dixisti enim, quod, si sacerdos in peccato sit, solae possint dotes operari. igitur, quia docuimus, et quid sit haeresis et quid sit scisma et quid sit sancta ecclesia, et huius sanctae ecclesiae est constituta persona et hanc esse catholicam, quae sit in toto orbe terrarum diffusa, cuius membra et nos inter alios sumus, cuius dotes apud illam ubique sunt. deinde in primo libro probauimus ad nos non pertinere traditionis inuidiam et hoc crimen etiam a nobis esse damnatum.

10. Iam illud mihi uolo respondeas, cur de solis ecclesiae dotibus loqui uoluisti et de sanctis eius membris ac uisceri-

1 deesse] esse *G* 2 uel sero uos] uos seruos *G* 3 ramos fractos *RBvb* a uitae *(corr. i. mg. m. 2) R* 4 a fonte concisum *B* esse origo *edd.* 5 quia *vb* arbora ramo concidum *B*, arbor ramus concisus *G* 7 iam *RB* 8 iam nesentis *G* te *ante* argum. *om. G* 9 cum probatum] comprobatum *G* nos esse] non esse *G*, nosse *Dup.* 10 catholica sancta *B* non est *G* 12 in uobis adnullare *P*, ad nulla reuisus *v (Cochl. coniec.* adnullare nisus) 13 inexecucione *B* 14 baptizatis *G* 16 hereses (i *s. l. m. 2) R* 17 quid sancta *v* ecclesią sancta *G* 18 hanc sanctam *B* 19 in toto sit *vb* terrarum orbe (*cfr. p.* 47, 16) *PB* dis fusa *B* 20 interralios (r *alterum expunct.*) *B* 21 pestinere *(sic) B* 23 uolo mihi *P* cur] cum *d*

bus tacuisti, quae sunt procul dubio in sacramentis et in nominibus trinitatis. cui concurrit fides credentium et professio, quae apud acta conficitur angelorum, ubi mis entur caelestia et spiritalia semina, ut sancto germine noua possit renascentium indoles procreari, ut, dum trinitas cum fide concordat, qui natus fuerat saeculo, renascatur spiritaliter deo. sic fit hominum pater deus, sancta sic fit mater ecclesia. haec omnia intellego a te ideo non esse nominata, ne in his omnibus ratio baptismatis agnosceretur, ubi nihil sibi operarius, qui homo est, uindicet, quod uos facitis. ideoque ad solas dotes te conferre uoluisti, quas uelut manu adprehensas aut arca conclusas catholicis denegans uobis solis eas frustra uindicare conatus es. cum agatur de regeneratione, cum agatur de homine innouando, nulla a te credentium fides, nulla professio nominata est; dum uis de solis dotibus loqui, haec omnia, sine quibus spiritalis illa natiuitas reparari non potest, in silentio remisisti, et cum dotes ad sponsam, non sponsa ad dotes pertineat, sic ordinasti dotes, quasi ipsae uideantur generare, non uiscera, quae intelleguntur plus posita in sacramentis quam in ornamentis.

11. Nec illud praetereo, quod ore tuo et sensu nostro ecclesiam paradisum esse dixisti (quae res sine dubio uera est), in quo horto deus plantat arbusculas. et tamen deo diuitias suas denegastis, cuius hortum in angustias cogitis,

2 in omnibus *(corr. m. 1) R* 6 fuerit *Gv* renascitur *v* 7 sic dę fit hom. *B* deus pater hominum *P* sic fit mater sancta eccl. *G* 8 ate ideo ate *B* in iis *edd. praeter v* 9 nichil ibi *(sic) G* operis *v* 10 quo duos (d *prius m. 2 adscr.* d *alterum expunct.) G* 11 conferire *G* uelut arma adpraehensas aut archa *P* 12 arca] aqua *RBvb* conclusas *(corr. m. 2) R* solis (s *fin. adscr. m. 1 ut uidetur) G* 13 de regen. cum agatur *om. G* 14 professio] promissio *G* 15 omnia haec *P* 16 possit *G* 17 sponiam *P* non* (a *eras.*) *B* 19 posita plus *B* 20 quam ornamentis *P* 23 est *om. RB* horto] orto *R*, osto *B* 24 denegatis *P* cuius] cum sancti *v* hortum] hos tum *(sic) B (cfr. supra l.* 23) cogitis] ponitis *G*

dum uobis solis inmerito omnia uindicatis. utique plantationes dei sunt diuersa semina per diuersa praecepta. iusti, continentes, misericordes et uirgines spiritalia sunt semina; harum rerum arbusculas in paradiso deus plantat; concedite deo, ut hortus eius sit longe lateque diffusus. quid illi negatis orientis et septentrionis, etiam occidentis prouinciarum omnium et innumerabilium insularum populos christianos, contra quos uos soli, pauci, rebelles estis et cum quibus nullum communionis consortium possidetis?

12. Iam et mendacium uestrum hoc loco iuste damnari potest, quo cotidie a uobis sacrificia condiuntur. nam quis dubitet uos illud legitimum in sacramentorum mysterio praeterire non posse? offerre uos deo dicitis pro ecclesia, quae una est. hoc ipsum mendacii pars est unam te uocare, de qua feceris duas; et offerre uos dicitis deo pro una ecclesia, quae sit in toto terrarum orbe diffusa. quid? si unicuique uestrum dicat deus: quid offers pro tota, qui non es in tota? si nos uobis displicemus, quid uobis fecit Antiochia ciuitas, quid Arabia prouincia, unde probamus uenientes a uobis esse rebaptizatos?

13. In uno tibi solo, Parmeniane frater, ingrati esse non possumus, quod ecclesiam nostram, id est catholicam, quae continetur toto orbe terrarum, quamuis ab ea sis alienus, laudare uoluisti in numerando dotes, in quarum numero satis

1 uindicastis *G* plantationis *G* 2 sun *(sic)* *B* 4 paradisso *P*, paradysum *R*, paradisum *Bvb* 5 hostus *B* diffusąs *(adscr. i. mg. u m. 2)* *G* orientis septemtrionalis (*om.* et) *G* 7 quos pąųçoș *(del. m. 1 ?)* *G* contra uos soli quos *B* 8 communi (*adscr. m. recentiss.* onis) *G* 9 consostium *B* 11 quod *Rv*, quo decoti die *B* condiuntur] condemnantur *v* 12 et uos *B* illum *G* 13 afferre *d* 14 pars est unam ą ș (*utrumque del.*) et offerre uos dicitis deo] *supra haec uerba litt. minor. scr.* te uocare de qua feceris duas *P* 15 faceris *B* deo *om. RBvb* offerre deo *d* 16 uni çuique *B* 17 offeres *P* 18 Anthiocia *P*, antiohia (c *s. l. tenuissime scr.*) *G* 21 frater Parm. *G* 23 terrarum orbe *G* sis alienus] si solemus *v* (*corr. Cochl.*) 24 uoluistis (s *fin. semiexp.*) *G* in *ante* numer. *om. vb* innumerando (*seiunx. m. 2*) *G*, in merando (*sic*) *B*

errasti, et in dicendo, quia ipsa est hortus conclusus et fons signatus et unica sponsa. hoc nos de nostro dicimus, nam tu de alieno locutus es. quicquid de laudibus ecclesiae dicere potuisti, et nos priores eadem loquimur. traditores uobiscum et ipsi damnamus, eos uidelicet, quos, si meministi, in primo libro demonstrauimus. et cum sit nobis cum uniuerso terrarum orbe communio et uniuersis prouinciis nobiscum, sic iamdudum duas ecclesias conparare uoluisti, quasi sola habeat Africa populos christianos, in qua uitio uestro duae uidentur partes effectae; et dum inmemor factus es Christi dicentis unam esse sponsam suam; tu in Africa non dixisti duas esse partes sed duas ecclesias. certe una est, quae ex uoce Christi meruit indicari, qui ait: una est columba mea, una est sponsa mea.

14. Et tu huius uocis oblitus ad inuidiam catholicis faciendam his locutus es uerbis: ‚neque enim illa ecclesia dici potest, quae cruentis morsibus pascitur et sanctorum sanguine et carnibus opimatur'. certa membra sua habet ecclesia episcopos, presbyteros, diaconos, ministros

11 & 13 Cant. 6, 8

1 indicendo *B* hostus *B* fons] *hoc uerbo finitur in G fol. XVI*b; *quae sequuntur, foliorum ordinem turbatum demonstrant. nam fol. XVII*a *incipit* possetis quas preces *(c.* 16 *p.* 50, 22*) et desinit* tracte sunt *(c.* 18 *p.* 53. 9); *quae supra sunt, leguntur fol. XVIII*a *ita ut hic sit foliorum ordo seruandus:* XVI, XVIII, XVII *eademque ratione* XX, XXII, XXI (*cfr. p.* 58, 12) 2 didicimus *P* 3 locutus *(bis pos.) B* 4 et *om. RB edd.* priores omnes *P* eandem *R*, andem *B* 5 damnamus] clamnamus *B* quos] quod *B* si ne m minis *(sic) R*, si me minis *B*, sane nimis *v*, si meminis *b* in primo modo dem. libro *G* 6 nobiscum *G* 7 ex univ. *RBv* et cum uniuersis *b* 9 dua euidentur pastes *B* 10 es *om. G* 11 non (*s. l. m. 1*) *B* duas] partes *G* 12 pastes *B* ecclesi|sias (*sic*) *B* certe] ceste *B* quae] qui *(corr. m. recent.) G* 13 ait una est sponsa mea una est col. mea *G* mea *post* columba *om. vb* 15 et *om. PG* in huius *B* 16 es] est *B* ecclesia illa *RB*, illa *om vb* 17 deci *B* potuit *G* qua eruentis (*sic*) *B* 18 opinatur *B* cesta *B* 19 dyacones *G*

et turbam fidelium. dicite, cui generi hominum in ecclesia nostra hoc possit adscribi, quod obicere uoluisti; specialiter nomina aliquem ministrum, ostende aliquem diaconum nomine suo, indica hoc ab aliquo factum esse presbytero, proba hoc episcopos admisisse, doce aliquem nostrum cuiquam insidiatum esse. quis nostrum quemquam persecutus est? quem a nobis persecutum esse aut dicere poteris aut probare? quia tibi unitas displicet, hoc si crimen putas, argue nos Thessalonicensibus, Corinthiis, Galatis, septem ecclesiis, quae sunt in Asia, communicasse. si nefas tibi uidetur aut si reatum putas memoriis apostolorum et sanctorum omnium communicasse, hoc nos fecisse non solum non negamus sed etiam gloriamur.

15. Sed ut ostendam partem uestram, ut dixisti, cruentis morsibus pastam, christianorum sanguine et carnibus opimatam, a principio suo uester iam rabidus commemorandus est furor, iam uestra retexenda inpietas, iam stultitia demonstranda. in quo prius est ostendere erubescendam laetitiam uestram et gaudia criminosa, quod uobis ad pristini erroris libertatem redire datum esse constiterit. recensete tempora, discutite rationem rerum, dissimilia uota et personas diuersas

1 turba *B*, turbas *G* genere̥ *(corr. m. 1) R* 2 abicere *RB* 3 in aliquem m. *RB* 4 pb'ros *B* 5 aliquam *B* 6 quemquam aliquando *G* 7 poteritis *G* 8 si hoc *B* tessalonicensibus (h *s. l. m. 2) R*, tesalonicensibus *B*, thesalonicensibus *G* 9 Chorinthiis *P*, corinthis *(corr. m. 2) R*, corinthis *B* galatiis *G* 10 tibi nefas *G* 12 negaśśe *(i mg.* m' *m. rec.) B* 13 pastem *B* dixi *RB edd.* 14 et carnibus *om. RBvb (cfr. Parmeniani uerba p.* 48, 16; 52, 12) 15 ṣabidus *P* 16 retexenda] repetenda *v* 18 ad pristini erroris libertatem redisse contigerit *PG*, ad pr. err. libertatem factam esse constitit *RBv*, a pristini erroris libertate redisse contigerit *b*, ad pristinos errores lib. factam e. constitit *coniec. Casaub.*, uobis pr. erroris lib. factam esse contigerit *d*, ad pristini erroris libertatem rédire datum esse constiterit *scripsi (nisi forte omisso* ad *scribendum* pristini erroris libertatem redditam esse contigerit — *cfr. p.* 51, 3: uobis libertas est reddita) 19 recensite (e *s. l. m. 2) R*, recensite *Bv* 20 rationes *edd.* rerum] regum *P*

adtendite. redeat in memoriam Constantinus imperator christianus, quem famulatum exhibuerit deo, quae habuerit uota, ut remotis scismatibus intermortua omni dissensione sub toto caelo filios suos gaudens in uno uideret sancta mater ecclesia. reddiderat una communione maritis uxores, parentibus filios, fratribus fratres. quibus rebus deus se laetari testatur, dum dicit: ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum. etenim cum Africanos populos et orientales et ceteros transmarinos pax una coniungeret et ipsa unitas repraesentatis omnibus membris corpus ecclesiae coagularet, dolebat hoc diabolus, qui semper de fratrum pace torquetur. illo tempore sub imperatore christiano desertus in idolis tamquam inclusus latebat in templis. hoc eodem tempore duces et principes uestros merita relegauerant sua, in ecclesia nulla fuerant scismata nec paganis licebat exercere sacrilegia: pax deo placita apud omnes christianos populos habitabat; diabolus maerebat in templis, uos in regionibus alienis.

16. Deinde, ut omnibus notum est, secutus alius imperator, uobiscum uota sinistra concipiens ex famulo dei factus est minister inimici, apostatam se edictis suis testatus est, quem precibus rogastis, ut reuerti possetis, quas preces, si uos negatis misisse, nos legimus. nec difficultatem praebuit,

7 Ps. 132, 1

1 inmemoria *B* christianus *om. G* 2 ḍẹọ uota *B* 3 schismatibus *(sic)* in terra mortua *P* interr immortua *G* 4 in uno] *Cochl. coni.* in unum *(cfr. psalm. sequ.)*, *Barthius* in sinu 5 unam communionem *RBd* 6 leteri *B* 7 dum] cum *G* dicit centesimo tricensimo ecce *G* ecce *om. RBv* 8 africa nos *B* 12 illo in tempore *G* desertus] decestus *B* 13 latebat] iacebat *RB*, tacebat *v* 14 merito *v* religauerant *RGv* sua in ecclesia: Nulla *v* 16 sacra sacrilega *PG*, ṣạçṛạ sacrilegia *B* a deo *RB*, a deo placato *v* christianos *om. G* 17 zabolus *P (cfr. Rönsch, Ital.* 457) 19 deinde alter ut ... secutus est imperator *PG* omnibus notum *libri vb*, nobis notum *d*, secutus alius imp. *RBv*, secutus imp. *b* 21 apostatem *B* est ubique testatus *PG* 22 reuesti *B* possitis *P*

quem rogastis: ire praecepit pro uoto suo, quos intellexerat ad disturbandam pacem cum furore esse uenturos. erubescite, si ullus est pudor: eadem uoce uobis libertas est reddita, qua uoce idolorum patefieri iussa sunt templa.

17. Isdem paene momentis uester furor in Africam reuertitur, quibus diabolus de suis carceribus relaxatur. et non erubescitis, qui uno tempore cum inimico communia gaudia possidetis! uenistis rabidi, uenistis irati membra laniantes ecclesiae, subtiles in seductionibus, in caedibus inmanes, filios pacis ad bella prouocantes. de sedibus suis multos fecistis extorres, cum conducta manu uenientes basilicas inuasistis; multi ex numero uestro per loca plurima, quae sub nominibus dicere longum est, cruentas operati sunt caedes et tam atroces, ut de talibus factis ab illius temporis iudicibus relatio mitteretur. sed interuenit et occurrit iudicium dei, ut ille, qui uos iamdudum redire iusserat, imperator profanus et sacrilegus moreretur, qui persecutionem uobis prouocantibus iam miserat aut mittere disponebat.

18. Operata est apud loca supradicta in catholicos trucidatio, memoramini per loca singula, qui fuerint uestri discursus. nonne de numero uestro fuerunt Felix Zabensis et Ianuarius Flumenpiscensis et ceteri, qui tota celeritate concurrerunt ad castellum Lemellefense? ubi cum contra inportu-

1 rogastis (s *fin. adscr. m. 2*) *G* irae *R*, ira *B*, ire uos *G (fortasse legendum* redire *cfr. l.* 16) quos] quo *v* 2 disturb.] his turbandam *v* furor (e *suprascr.*) . . . uenturus *P* erubescites *P* 3 eadem uocem *P* libestas *B*, libertatus *(corr. m. 2) G* 4 idolorum] dolorum *G* 5 hisdem *P* reuertetur *P*, reuestitur *B* 8 rapidi *P*, rapidi *G* menbre *B* 9 filius *P* 12 loca *P* sub nom.] *Cochl. scr.* suis nom. 14 ab *om. RBv* illius] eiusdem *PG* redatio *(corr. i. mg. m. 2) G* 16 redisse *G* sacrilegos *(corr. m. 1) R*, sacrilegos *B* 17 persecutiones *v* 20 quid *RBv* 21 fuerunt Uictor Zabensis *P* Felix diabensis *RBvb* et *ante* Ian. *om. G* 22 flumen piscensis *B*, flumen Pistensis *v*, flamen Pistensis *b* celeritate—cum contra *om. B* cucurrerunt *PGb*, incurrerunt *v* 23 Lemellefi (*sic*) *P*, Lemellensi *R*, Lemellesi *G*, Lemellefense *scripsi* (*cfr. indic.*) cum *om. G*

nitatem suam uiderent basilicam clausam, praesentes iusserunt comites suos, ut ascenderent culmina, nudarent tecta, iactarent tegulas imperia eorum sine mora conpleta sunt; et cum altare defenderent diaconi catholici, tegulis plurimi cruentati sunt, duo occisi sunt, Primus, filius Ianuarii, et Donatus, filius Nini, urgentibus et praesentibus coepiscopis uestris supra memoratis, ut sine dubio de uobis dictum sit: ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. de qua re Primosus episcopus catholicus loci supra memorati in concilio uestro apud Thenestinam ciuitatem questus est et querelas eius dissimulanter audistis. ecce a uobis factum est, quod dixisti: ‚ecclesiam non esse, quae cruentis morsibus pascitur' et ‚aliud sunt milites missi, aliud episcopi ordinati'. quod contra nos inuidiose loquimini, ab aliis factum est, non a nobis; quod dicitis non debuisse fieri, uos fecistis. commemorasti et beatissimum apostolum Paulum dixisse sine ruga et sine sorde ecclesiam esse debere. episcopis uestris iubentibus et praesentibus supra altare catholici diaconi occisi sunt; similiter et apud Carpos. non tibi uidentur inexpiabiles sordes? in Mauritaniae ciuitatibus uobis intrantibus quassatio populi facta est, mortui sunt in uteris matrum, qui fuerant nascituri. non tibi uidetur ruga, quae non possit ullis satisfactionibus tendi aut explanari? quid tale a nobis admissum est? nos expectamus uindicem deum. et inuidiam facitis Macario, qui si aliquid aspere fecit pro unitate, leue esse uideri

7 Ps. 13, 3 16 cfr. Eph. 5, 27

3 imperiora *B* complecta *B* 4 diacones *P* 6 uestris *om. v* 7 dictum sit in psalmo XIII (tercio decimo *G*) *PG* 9 ca|catholicus *B* 10 Teuestinam *P*, theuestinam *RBvb*, thebestinam *G*, 11 dissimulantur *B* ex uobis *P* 12 eclesiam non est *P* 15 non debere *B* 16 et beatum Paulum *G* 17 sordibus debere ecclesiam esse *G* 18 super *G* diacones *P* 19 non diuidentur *RB*, nonne uidentur *v* 20 uobis instantibus *PGb* 21 inuteres *(sic) B* 22 uide *B* 23 extendi *P* aut] uel *PG* tali a *(seiunct. m. 2) G* 24 Machario *P*, incaris *v (corr. Cochl.)* 25 quid si *RB*, quod *v* aspere aliquid *d* esse *om. P*

poterit, dum uos pro dissensione tanta mala, acerba, cruenta et hostilia feceritis. quid commemorem Tipasam Caesariensis Mauritaniae ciuitatem, ad quam de Numidia Urbanus Formensis et Felix Idicrensis, duae faculae incensae liuoribus, cucurrerunt quietorum et in pace positorum animos perturbantes? nonnullorum officialium et fauore et furore iuuante et Athenio praeside praesente cum signis catholica frequentia exturbata et cruentata de sedibus suis expulsa est: lacerati sunt uiri, tractae sunt matronae, infantes necati sunt, abacti sunt partus. ecce uestra ecclesia episcopis ducibus cruentis morsibus pasta est. post hoc etiam illud addidisti: 'quantum uult consumat edacitas uulturum, tamen maior est numerus columbarum'. ubi est, quod uulgo dicitur, memoriam custodem habere esse mendacis? oblitus es, quia paulo ante dixisti ecclesiam unam columbam Christi in canticis canticorum dictam. si una est apud uos ecclesia, una est columba; si una est columba, quid est, quod dicere uoluisti: ‚numerus maior est columbarum?'

19. Et quod uobis leue uidetur, facinus inmane commissum est, ut omnia sacrosancta supra memorati uestri episcopi uiolarent. iusserunt eucharistiam canibus fundi, non sine signo

14 cfr. Cant. 6, 8

1 poterit uideri *B* et acerba *G* acerua *PRB* 2 hostilia] inutilia *G* qui *RB* thipasam *Rv*, thpasam *(sic) B* 3 ad quem *RB* Numedia *P* Forensis *P* 4 et *om. RB* Felix Dierensis *P (cfr. p.* 54, 14*)*, edierensis *R (sed recte infra)*, edirensis *B* 5 quietorum et] qui et horum *RBv*, qui et eorum *b* 6 furore iuuante] furore riuante *(sic) R*, furore furore *(sic) B* 7 praesente cum signis praesente *G* perturbata *G* 8 cruenta *B* 9 sunt *post* necati *om. P* abacti] abadicti *Rv (corr. Cochl.)*, abaddicti *B* pastus *B* 11 post haec *P* 13 custodem . . . .] debere esse mendacis *P*, d. e. mendaciis *(supra script. m. recent.* dacii*) G*, habere esse mendacem *RBv (adpos. Cochl.* oportere, *quem secutus est Dupin.)*, h. oportet mendacem *b*, habere esse mendacis *scripsi* 14 quia] quid *RB*, quod *edd.* 15 columbam] catholicam *RB* χpristi *(sic) B* dictam *om. Rd* 16 est et columba si *P* si — columba *om. RBG edd.* 17 maior est numerus *G* 19 facī *B* 20 episcopi uestri *G* 21 uiolarent] iuster inth/eucaristiã canibus fundere (*i. mg. adscr. m. 3:* lego hic iusserint eucharistiam &c.) *G*

diuini iudicii; nam idem canes accensi rabie ipsos dominos suos quasi latrones, sancti corporis reos, dente uindice tamquam ignotos et inimicos laniauerunt. ampullam quoque chrismatis per fenestram, ut frangerent, iactauerunt, et cum casum adiuuaret abiectio, non defuit manus angelica, quae ampullam spiritali subuectione deduceret: proiecta casum sentire non potuit, deo muniente inlaesa inter saxa consedit. et possent ista non fieri, si mandata Christi in memoria haberetis, qui ait: ne dederitis sanctum canibus neque miseritis margaritas uestras ante porcos, ne inculcent eas pedibus suis et conuersi elidant uos. quid tale ab operariis unitatis fieri potuit, unde nobis catholicis uanam inuidiam facere laboratis? inde reuertentes Urbanus Formensis et Felix Idicrensis inuenerunt matres, quas de castimonialibus fecerant mulieres. ecce quales, frater Parmeniane, episcopos celas, et cum pro tuis erubescere debueras, catholicos innocentes accusas. interea Felix supra memoratus inter crimina sua et facinora nefanda ab eo conprehensa puella, cui mitram ipse inposuerat, a qua paulo ante pater uocabatur, nefarie incestare minime dubitauit. et quasi de peccato sanctior fieret, Tysedim uelociter properauit. sic Donatum annorum septuaginta episcopum, hominem innocentem, spoliare ausus est episcopali nomine et officio et honore. uenit scismaticus

9 Matth. 7, 6

1 iidem *edd.* • canis *P* accensi qui rabie (qui *lin. notat. et expunct.; adscr. m. 3 i. mg.* L. graui uel quasi) *G* 4 crismatis *codd.* ut frangerent per fenestram *G* 5 casu *RBv* 6 spiritalis (s *fin. add. m. 2 ut uidetur*) *G* subiectione *P* et proiecta *P* 8 non] *Cochl. i. mg.* ne 10 inculcenteas (*seiunx. m. 2*) *G*, conculcent *edd.* (*ut in Uulg.*) 11 pedibus suis eas *vb* 13 inuidi⌒amfacere (*sic*) *B* laboratis] uoluisti *G* urbanis *B* 14 Felix Dierensis *P* (*cfr. p.* 53, 4) 15 fecerunt *RBvb* qualis es *G* Parm. frater *P* parmenine (*sic*) *B* 16 celas (*i. mg. m. 2* zelas) *G*, celebras *v* debeas *G* 17 supra memoratus Felix *RB edd.* 18 conpressa *P*, compressam puellam *b* 19 mitram ipsam posuerat *B* aqua *BG* pater *om. RB* 20 nefarię *R* 21 tisedi *P*, sedi *RBv*, (*Cochl. coni.* inde, *quem secutus est Bald.*) tysedi (*sic*) *G* 22 septuaginta annorum *G*

ad episcopum catholicum, ad innocentem reus, ad dei sacerdotem sacrilegus, incestus ad castum, ad episcopum iam non episcopus; sed de placito et de coniuratione uestra securus uestris legibus et decretis armatus manus, quas paulo ante peccata grauauerant, capiti innocentis iniecit et de illa lingua ausus est ferre sententiam, quae iam nec ad paenitentiam agendam uel idonea uidebatur. ecce quales, frater Parmeniane, defendis, ecce pro qualibus iamdudum dotes operari dixisti.

20. Etiam uos ipsi, qui sancti et innocentes uideri ab hominibus uultis, dicite: unde est ista sanctitas, quam uobis licentius usurpatis? quam Iohannes apostolus profiteri non audet, qui ait: si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est. hoc qui dixit, sapienter se ad dei gratiam reseruauit. est enim christiani hominis, quod bonum est, uelle et in eo, quod bene uoluerit, currere; sed homini non est datum perficere, ut post spatia, quae debet homo inplere, restet aliquid deo, ubi deficienti succurrat; quia ipse solus est perfectio et perfectus solus dei filius Christus. ceteri omnes semiperfecti sumus, quia nostrum est uelle, nostrum est currere, dei perficere. unde beatissimus apostolus Paulus ait: neque uolentis neque currentis sed ad dei gratiam pertinentis. nam et a Christo saluatore nostro perfecta sanctitas non est data sed promissa; denique sic ait: sancti eritis, quia ego sanctus

12 I Ioh. 1, 8. 21 Rom. 9, 16 24 Leuit. 11, 45

3 placitu *G*, palatio *v* coniuratione uestra] *post haec nouissima folii 270ᵇ uerba interciderunt in P, quae sequuntur:* securus uestris legibus — similitudinem propter eos (*p.* 56, 20) *ita ut unum folium uideatur deesse* 5 peccata crassauerant *RBv* (*cfr. 57, 21*) 7 uel *om. G* quales *om. B* 8 propinqualibus (pin *expunct. m. 2*) *G* quabus (li ^{li} *s. l. m. 1*) *B* dotes iamdudum *G* 9 etiam et uos *G* qui quasi sancti *G* 13 et in nobis ueritas *G* (*cfr.* 56, 4 & 16) 14 reseruabit (u ^{u} *s. l. m. 1*) *R*, reseruabit *G* 15 et in deo quod *RBvb* 19 semi perfectissimi quia *B*, imperfecti *G* 21 beatus *G* qui ait *RB* uolenti . . . currenti . . . pertinenti *G* 23 a christo salutare *R*, a deo salutare *B* 24 quoniam et ego sanctus *G*

sum. solus est ergo perfectus et sanctus. denique non dixit: sancti estis, sed dixit: sancti eritis. unde est ergo, quod uobis perfectam sanctitatem de superbia uindicatis? nisi ut appareat, quia uos ipsos decipitis et ueritas in uobis non est. in Iohannis schola esse noluistis. cum enim seducitis aliquos, promittitis uos indulgentiam peccatorum esse daturos, et cum uultis donare peccata, uestram profitemini innocentiam et remissionem peccatorum sic datis, quasi nullum habeatis ipsi peccatum. non est ista praesumptio sed deceptio, nec ueritas sed mendacium. etenim inter uicina momenta dum manus inponitis et delicta donatis, mox ad altare conuersi dominicam orationem praetermittere non potestis et utique dicitis: pater noster, qui es in caelis, dimitte nobis debita et peccata nostra. quid uocaris, dum peccata confiteris tua? si sanctus es, dum dimittis aliena? hoc modo et uos ipsos decipitis, et ueritas in uobis non est. sed ut apparet, hoc uobis dictat nutrix uestra superbia, quam Christus in euangelio testificatur; quia etsi nomina uestra non dixit, per similitudinem tamen uestros mores ostendit; sic enim scriptum est: dicebat Iesus hanc similitudinem propter eos, qui se sanctos putant et contemnunt ceteros. hoc de uobis dictum esse ipsa res euidenter ostendit, dum uos quasi sanctos extollitis et nos manifeste aperteque contemnitis: duo, inquit, ascenderunt in templum adorare, unus pharisaeus et alter publicanus. pharisaeus tumidus, superbus, inflatus, talis, quales et uos uidemus,

4 & 16 cfr. I Ioh. 1, 8 13 Matth. 6, 9 & 12. 20 sq. Luc. 18, 9 sq.

1 ergo *om.* *RBvb* sanctus et perfectus *vb* 2 sed sancti eritis dixit *edd.* 5 Iohanis (*sic*) socii *Gb* noluistis] non uultis *G* 6 uos *om.* *B* 8 quasi] que si *B* nullum *om.* *G* 14 debita nostra et peccata *G* quid uocitaris *G* 15 si sanctus es] si sanctus *G*, scis an tu es *v* cum dimittis *b* 17 dicta *G*, dicit *v* 18 testatur *G* 21 se ipsos *G* contempnere *RB* 22 uobis ipsa res dictum esse euidenter *B* feuidenter *P* 25 adorare *om.* *P*, orare *G* alter] unus *RBG edd.* 26 inflatus superbus *G* qualis *RB*

non humiliato corpore, non inclinata ceruice sed erecta facie et tumenti pectore gratias, inquit, tibi, deus, quia nihil peccaui. hoc est dicere deo: non in me habeo, quod ignoscas. o insanus furor, o punienda et damnanda superbia! deus paratus est ignoscere et reus festinat indulgentiam recusare. publicanus humilis hominem se esse cognoscens sic rogauit dicens: propitius esto, domine, mihi peccatori. sic iustificari meruit [humilitas], sic superbia in pharisaeo, magistro uestro, de templo damnata descendit. meliora inuenta sunt peccata cum humilitate quam innocentia cum superbia. deinde cum uobis traditionis et scismatis grauia peccata non desint, insuper et superbos uos esse gratulamini.

21. Nunc quoniam erubescenda gaudia uestra probauimus et furor uester tot locis ostensus est, restat de profunda inpietate uestra aliquid dicere, nam omnia, quae a uobis aut fiunt aut facta sunt, quis poterit explicare? sic cuncta malignitate quadam ordinasse uos constat, ut in una specie operis uestri species alias inpleretis, ut, dum presbyter aut episcopus deicitur, sic populus caperetur. quando posset turba hominum stare, quae rectorem suum a uobis elisum esse conspiceret? non aliter quam quocumque casu pastore occiso lupi grassantur. exorcizastis

2 Luc. 18, 11 7. ibid. 18, 13

1 non inclinato corpore *P* sed recta facie *B* 2 gratias tibi inquit *Gvb*, inquit *om. d* 3 in me *om. RB edd.* non obeo *v* 4 hoc insanus f, hoc punienda *RB edd.* 7 dicens deus propitius esto michi *G* esto mihi domine *P* domine *om. vb* 8 humilitas *om. PRBvb* superbia infra se in ph . . . *v* 9 discendit (*sic*) *G* meliora scilicet peccata sunt *v* sunt peccata inuenta *B* 10 humiliate (te *adscr. et* t *s. l. m. 3*) *G* 11 schismaticis *v (corr. Cochl.)* peccata grauia *G* 12 et super uos esse *RB*, et super nos esse *v* 13 erubescẽda *om. G* probamus *B* 15 aut *om. PG edd.* 17 uti una *B* in unam speciem *G* 19 quando] quomodo *edd.* possit *P* 20 suum *om. G* a uobis *om. vb* 21 casu] pas lupi pastore occi pigrassantur *P* crassant *R* (*cfr. p.* 55, 5), crassantur *Bv* exorcidiastis *P*, extorcizastis (t *exp. et add. m. 2*) *G*, exsorcidiastis *v* (exorcizastis aut exsordidastis *adn. Cochl.*)

fideles et lauistis sine causa parietes, ut hoc nequitiae genere subrueretis simplicissimorum hominum mentes. talibus consiliis uestris nonnullorum animi iugulati sunt et sub nube simplicitatis occaecato astutiae lumine, ut miseros sterneretis, sagittas de pharetra pectoris uestri seductionibus praemisistis, ut de uobis spiritus sanctus per Dauid prophetam in decimo psalmo praedixerit: quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas in pharetra sua ad sagittandos in obscura luna rectos corde. quid a uobis minus factum est uestris consiliis? sagittati sunt innocentes, exarmati fideles, honore nominis sui spoliati sunt sacerdotes. o inpietas inaudita, quem iugulaueris inter paenitentiae tormenta seruare! in conparatione operis uestri latronum leuior uidetur inmanitas. uos uiuum facitis homicidium, latro iugulatis dat de morte conpendium; paupertate sensus sui circumuenti sunt, quos decipere potuistis. perfecti enim fuerant illi, opere scilicet dei, qui in eius nomine fuerant ordinati. et uos contra opus dei hostiliter militatis diuinum opus malitiae uectibus destruentes! apparet ergo de uobis dictum

7 Ps. 10, 3

1 fideles *om. PRBvb* lęuistis (e *del. et* a *s. l. m. 2*) *G* 2 generęs (s *expunct.*) *P* subuertis *B*, subrueritis *v* (*corr. Cochl.*) simplicorum *P* 3 anime iugulate *G* 4 simplicitatibus *RB* astutia *B*, *om. vb* 5 sub pharetra *v* pecçątoris uestri (ca *punctis del.*) *P* seductionibus *om: PG* 6 praem.] sumsistis *P*, promisistis *G* Dauid profetans *P* 7 decimo *om. RB edd.* predixit *RB* 8 tetenderunt *P* in faretram *P* 9 sua *om. PG* obscura luna (*om.* in) *RBv.* in obscuro *Gb* 10 factum est minus *G* sagittati] sauciati *G* 11 exarmati sunt *G* expoliati *G* 12 *uerbo* inpietas *finitur in G fol. 20*^{b} ; *quae supra sequuntur* inaudita quem—funera dignitatis (*p.* 61, 8), *habet fol. 22. folii uero interpositi* (*21*) *prima sunt* extendistis enim (*p.* 61, 8), *nouissima* guttur eorum (*p.* 63. 19). *cfr. eandem foliorum confusionem p.* 48, 1 quae iugulas *v* inter paenitentiam (penitentia *G*) et tormenta *PG* 13 seruare] seuire *RB*, secure *v* 14 uiuum] unum *v* 15 iugulans *vb* 17 in *om. P* 18 et] econtra *v* militantes *RB edd.* militantis *b* 19 militiae *PRBv* dictum *om. v*

esse in X psalmo: quoniam quae tu perfecisti, ipsi destruxerunt. fecit uos superbos inpietas uestra, sed accusat uos prospiciens de caelo iustitia; et iniqua uos gerentes error hominum laudat, ut de uobis in VIIII psalmo dixerit spiritus sanctus: [dum superbit inpius, incenditur pauper; conprehenduntur in consiliis, quae cogitant], quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae, et qui iniqua egerit, benedicetur. quid iniquius quam exorcizare spiritum sanctum, altaria frangere, eucharistiam animalibus proicere? et ut in errorem uos uester populus mittat, laudando felices appellant et bene nominant et per uos iurant et personas uestras iam pro deo habere noscuntur.

22. Solet deus ad probandam fidem in iuratione ab hominibus nominari. sed cum per uos iuratur, iam apud uestros de deo et Christo silentium est. si ad uos diuina migrauit de caelo religio, quia per uos iuratur, nemo uestrum aut uestrorum langueat: nolite mori, imperate nubibus, pluite, si potestis, ut per uos plenius iuretur et de deo sileatur. nam et prioribus saeculis ut templa fabricarentur et idola fierent, quid a uestro populo diabolus potuit amplius facere? nihil aliud, nisi ut de deo taceretur, dum per errorem homines de solo diabolo loquebantur.

23. O sacrilegium inpietati conmixtum, dum homines per

1 Ps. 10, 4 5 Ps. 9, 23—24

1 quem tu *RB*, ea quae tu *P* ipsi] isti *P*, *om. G* 2 superbos] super uos *G* 5 sanctus] *sequitur in PG eiusdem psalmi qui praecedit uersus* 23: dum superbium (superbit *G*) pius (impius *G*) incenditur pauper conpraehenditur (cõprehenduntur *G*) in consiliis quae (que *G*) cogitat (cogitant *G*) quoniam *e. q. s.* 6 quoniam] a modo *B* 7 in concupiscentiis anime *G* qui *om. G* 8 egerit] gerit *P*, gerens *G* benedicitur *P* exhorcidiare *P* 10 in errore *G* 11 appellat *P* 13 deus *om. G* iniurationem *P*, in iurationem *RB*, iu iuratione abominibus *G* 15 silentium est] siletur *G (cfr. l.* 18 de deo sileatur) si ad humana diuina *G* 17 languat *RB* 18 de domino *G* 20 facere] inuenire *G* 21 nisi (*s. l. m. 1*) *B* errores *v* hominis *P* 23 sacrilegum *Cochl. i. mg. adscr.* impietas (ti *s. l. m. 1*) *R*, impietatis *v* commissum *RBv* dum] cum *G*

uos iurantes libenter auditis et uocem dei auribus non admittitis uestris, qui in CIIII psalmo sic ait: ne tetigeritis unctos meos neque in prophetas meos manum miseritis. unctos autem esse et reges et sacerdotes et libri Regnorum indicant et Dauid in psalmo CXXXII sic ait: sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron. et tamen uos contra isdem uiribus conati estis praecepta contemnere, quibus, qui deum timent, mandata conantur inplere. docete, ubi uobis mandatum est radere capita sacerdotum, cum e contrario sint tot exempla proposita fieri non debere. Saul antequam peccaret, ungi meruit, post unctionem non leuiter offendit. hoc deus cum uideret, propter oleum non tangendum uolens exempla proponere paenitentiam suam professus est. sic enim legitur dixisse dominum: paenitet me unxisse Saul in regem. et utique potuit deus oleum quod dederat, auferre. sed cum uoluit docere non debere contingi oleum etiam in peccatore, ipse qui dederat, paenitentiam gessit. igitur deus si, ut te doceret, quod dedit, auferre non potuit, per quod noluit, tu quis es, ut auferas, quod non dedisti? et qui parare debebas aures ad audiendum, parasti nouaculam ad delinquendum. et cum possetis esse filii dei, filii hominum esse uoluistis et ad infigendum morsum honoribus alienis dentes uestros in sagittas et arma uertistis,

2 Ps. 104, 15 6 Ps. 132, 2 14 I Reg. 15, 11

1 uocem domini *G* 3 neque] et . . . ne misceritis *G* 4 esse *om. B* 5 psalmo *om. G* in psalmo CXXXV *RB* 6 in capite *om. RBvb* in barba Aharon *P* 7 uos *(s. l. m. 1) B* hisdem *PG* easdem uires *b* 8 qui timent deum *G*, quid inde timent (*sic*) *B*, qui dominum tim. *vb* nitantur inplere *P* 9 uobis (*s. l. m. 1*) *B* 10 et cum *G* 11 peccarent (n *expunct.*) *P* 12 uideret] diceret *RB* oleum] deum *B* 13 uolens *om. G* suam *om. vd* 14 dixisse deum *G* paenituit *P* 15 Saul *om. G* 16 debese *P* 17 in peccatore] peccatorem *RB*, peccatorum *v* 18 quot . . . per quot *B* 19 tu qui *B*, tu qui est (*corr. Cochl.*) *v* 20 debeas *RB* 21 nouacula *G* cum posses e. filium *B* 22 filii *post* dei *om. v* infingendum *B* 23 uestistis *B*, uertitis *v*

linguas acuistis in gladios, inplestis, quod de uobis in psalmo LVI scriptum est: filii hominum, dentes eorum arma et sagittae et lingua eorum gladius acutus.

24. Ergo linguas uestras acuistis in gladios, quas mouistis in mortes non corporum sed honorum, iugulastis non membra, sed nomina. quid prodest, quia uiuunt homines et honores a uobis occisi sunt? ualent quidem membris sed ereptae portant funera dignitatis. extendistis enim manum et super omne caput mortifera uelamina praetendistis, ut, cum sint, sicut supra dixi, quattuor genera capitum in ecclesia: episcoporum, presbyterorum, diaconorum et fidelium, nec uni parcere uoluistis, euertistis animas hominum. hos actus uestros dolet deus in Ezechiele propheta, cum dicit: uae facientibus uelamen — hoc est inponentibus manum — super omne caput et super omnem aetatem ad euertendas animas. inuenistis pueros; de paenitentia sauciastis, ne aliqui ordinari potuissent: agnoscite uos animas euertisse. inuenistis fideles antiquos; fecistis paenitentes: agnoscite uos animas euertisse. inuenistis diaconos, presbyteros, episcopos; fecistis laicos: agnoscite uos animas euertisse.

25. Socius et comes uester iamdudum fuerat, cui nunc

2 Ps. 56, 5 13 Ez. 13, 18

3 linguae *R*, lingue *B* 4 quas mouistis] quasi nouistis (*corr. i. mg. m. 2* mouistis, *sed. non emend.* quasi) *G* 6 nomina et honores *G* quia] quod *PG* honore *RBv* (*cfr. p.* 65, 2) 7 occisi sunt (honores *add. b*) a uobis *vb* erepta *RBv* 8 extendis^{stis} (s *fin. del. et* stis *s. l. m. 1*) *B* 9 sicut] ut *G* 10 ṣụnṭ in aecclesia *R* 11 diaconum *P* uni] eum *v* (*corr. Cochl.*) 12 euestistis *B* hominum] omnium *non inepte anonymus quidam apud Dupin. proposuit* dolet] odit *RBv* 13 in Ezechilo profeta *P*, in ezechielem prophetam *RB*, per ezechielum prophetam *G* cum dicit] dicens *G* facientes *v* 14 manum *om. G* super omne caput et *om. RB edd.* (*cfr. p.* 4, 12) 16 inuenisti *G* et sauciastis *B*, saucietatis *G* 17 & 20 euestisse *B*; *sequuntur haec in PG* inuenistis fideles nouos fecistis cathecuminos, agnoscite uos animas euertisse. *haec uerba in G expuncta excipiunt quae supra sunt* inuenistis fideles antiquos . . . 20 cognoscite *G*

manus inferre conatus es: pariter currebatis . fac illum peccasse, cum peccatum non esse constet; iacebat, ut aestimas; si apostolum legisti, tu uide, cui stes, et ille cui iaceat; si seruus es, dominum recognosce et intellege, quia non tibi iacebat, qui tecum paulo ante currebat. quid in potestatem alienam inruis, quid temerarius dei tribunal ascendis? et cum ipse sis reus, in alterum audes ferre sententiam et legisti: qui stat, domino suo stat, et qui iacet, domino suo iacet. potens est autem dominus eius suscitare eum; tu quis es, qui de seruo alieno iudices? oleum sacerdoti a deo conlatum non debuisse uos tangere a puero dei Dauid discere debuistis, qui sic per Samuelem ungitur, ut Sauli, quod iamdudum datum fuerat, minime tolleretur. denique uel cum deo iubente uel euentu procurante una eos spelunca concluderet, uenerat in potestatem pueri Dauid Saul, qui peccauerat. uidetur non uidens ideo, quod a maiori lumine, ut fieri adsolet, in caligine clausi aeris alterum iuxta se uidere non potuit. innumerabiles antiquum regem sequebantur exercitus, sed ipse rex in potestatem uenerat alienam. occasionem uictoriae Dauid habebat in manibus: incautum et securum aduersarium sine labore poterat iugulare et sine sanguine et conflictu multorum poterat bellum per conpendium remittere in caedem; et pueri eius et occasio suadebant, ad uictoriam opportunitas horta-

8 Rom. 14, 4 12 sq. cfr. I Reg. 16

1 curebatis (r *s. l. m. 1)* *B* 3 tu] tum *RB* 4 recognoscite *G* 5 in potestate aliena *codd.* (*sed cfr.* V, 7) 6 irruis aliena *G*, inrues *P* tribunal dei *G* 8 quia qui *G* domino stat suo *vd* qui iacet d. s. iacet *om. P* 9 tu qui *PBbd* 11 uos *om. v* 13 uel] et *P* 14 concluderet] conduceret *B* et uenerat *P* 15 in potestate *PG* Dauid pueri *P* 16 maiore (i *s. l. m. 2*) *R* 17 clausi aeris] clausus *v*, clausi oris *coni. Barth.* 18 sequebantur et *v* excercitus *B* 19 in potestate . . aliena *libri* (*cfr. supra l.* 15) occasione *BG* 21 et sine conflictu *G* 22 mittere caedem *P*, mittere cedem *RBG*, mutare in caedem *coni. Cochl. et recep. Bald.* remittere in caedem *scripsi* 23 suadebat *codd.* ad *om. P* hostabatur *B*

batur. stringere iam coeperat ferrum, ire iam coeperat armata manus hostiles in iugulos, sed obstabat plena diuinorum memoria mandatorum, hortantibus se pueris et occasionibus contradicit, tamquam et hoc diceret: ‚sine causa me, uictoria, prouocas, frustra me, occasio, in triumphos inuitas'. uolebat hostem uincere, sed prius est domini diuina praecepta seruare. Non mittam, inquit, manus in unctum domini. repressit cum gladio manum; et dum timuit oleum, seruauit inimicum et ut conpleret obseruantiam, uindicauit occisum. uos nec deum timetis nec fratres agnoscitis, in cote liuoris acuistis nouaculas linguae et diuina praecepta calcantes miserorum properastis in capita, ut in captiuitatem caecos et inperitos populos iugulatis ducibus traheretis. esuritis honores innocentium sacerdotum; unde furori uestro tanta fames innata est, ut guttura uestra sepulcra patentia faceretis. unicuique sepulcro sufficit unum funus et clauditur: gutturi uestro honorum funera minime suffecerunt et adhuc patent, dum aliquos quaeritis deuorare, ut merito de uobis dictum sit: sepulcrum patens est guttur eorum. nam et de maledictione praesumitis, cum scriptum sit: benedicite et nolite maledicere. quisquis contra uestram uoluntatem aliquid fecerit, intentatis terrores, maledicta praetenditis, et quia aliqui

7 I Reg. 24, 7 9 cfr. II Reg. 1 19 Ps. 5, 11 & 13, 3 20 Rom. 12, 14

1 ceperat *BG* (*sic ubique*) 2 diuinorum plena *P* 3 occasionibus] accusantibus *v*, *fortasse legendum* occasioni in manibus 5 in uitas *G* uolebam *PG* 6 domini *om. PG* 7 non inquit (inquid *R*) mittam *RBb*, numquid mittam (*omisso* inquit) *v* manus meas *G* inunctum *B* 8 timet *G* seruauit ini|cum (*sic*) *B* 9 ut] cum *RBvb* 10 in corde *RBvb*, in cute *G* acuitis *RBv* 11 calcates (n *s. l. m. 1*) *R* 12 ut] et *G* cecos ducitis et i. p. iugulastis ducibusque trahitis *G* caecos aut imp. *v* 13 ducibus] dulcibus *B* traderetis esuristis *P* trahatis *v* 14 nata est *P* 16 et laudatur (a alterum *corr. in* i *ut uidetur, sed litterae prorsus fere euanuerunt*) *B* 17 funera a minime (*sic*) *G* sufficerunt *P*, sufficiunt *vb* 18 dictum sit in psalmo tercio decimo *G* 21 uoluntatem uestram *G* aliquid *om. RBv* 22 intenditis *G* praetend.] intenditis (i *prim. expunct. et uirgula suprascr.*) *B*

homines plus mali mereri possunt quam boni, quicquid iudicium dei aut peccati meritum fecerit, amaris uestris maledictionibus uindicatis, merito quia de uobis dictum est: os eorum maledictione et amaritudine plenum est. gloriamini, quod uobis maledicentibus aliqui homines mori potuerunt. certe non licet occidere. an ideo uos putatis innocentes, quia ferro usi non estis? innocentem se et uenenarius iudicet, si in solo ferro est homicidium. non sibi uideatur reus, qui alterum subducto cibo necauerit, innocentem se iudicet, qui spirandi prohibita facultate suffocauerit uiuere cupientem. necis multa sunt genera, sed unum nomen est mortis. maledictionibus tuis cum fiducia hominem mortuum protestaris, quid interest, an gladio ferias an lingua percutias? indubitanter homicida es, si per te mortuus fuerit, qui uiuebat. quisquis talis ex uobis est, frustra se christianum aut sacerdotem dei profitetur, qui lenitatem dei non curat imitari, cum scriptum sit [in Salomone]: deus mortem non fecit nec laetatur in perditione uiuorum. credo uos obliuisci non posse, quid per loca aliqua feceritis, cum eos, qui legem dei praedicabant, id est prophetas uelletis occidere contra iussionem dei dicentis: et in prophetas meos manum ne miseritis. Deuterium, Partenium, Donatum et Getulicum, dei episcopos, linguae gladio iugulastis,

3 Ps. 13, 3 17 Sap. 1, 13 20 Ps. 104, 15

1 possunt mereri *PG* 2 peccatum meritum (tum *alterum m. 2*) *B* amaris (s *adscr. m. 2*) *G*, amans *Rv* (animas *coni. Cochl.*) 3 quia *om. Gd* est in psalmo terciodecimo *G* 5 uobis (s *add. m. 2*) *G* 7 uene*arius (n *erasum*) *R*, uenerius *B* 10 necis] nec is *B*, nec his *v* (*corr. Cochl.*) 12 hominem] *lacuna 8—9 litt. indicat intercidisse nonnulla et profecto desunt in R* mortuum — ferias, *e dem om. Bv nullo lacunae indicio* 13 an lingua] angua (*adscr. i. mg. m. 1*) *Rv*, (*Cochl. correx.* lingua), argua *B* homicidia *G* 14 mortuus est *PG* ex nobis *RB* 15 se aut *G* dei *(s. l. m. 1) B* 16 non curat—deus *om. RB* dei ignorat: Quoniam deus (*omissis ceteris*) *v*, dei non curat cum scriptum . . *b* in Salomone *om. Pb* (*uncinaui*) 17 laetatur] laceratur *B* in perditionem·*B* 19 ut eos *G*, cum eos—uelletis *om. v* predicant *G* 20 uellitis *P*, uelitis *G* 21 manus *Gv* (*cfr. p.* 60, 3) deutherium *PG* parthenium *G* 22 donatum *om. G*

fundentes sanguinem non corporis sed honoris. uixerunt postea homines, sed a uobis occisi sunt in honoribus dei sacerdotes. multis notum est et probatum persecutionis tempore episcopos aliquos inertia a confessione nominis dei delapsos turificasse, et tamen nullus eorum, qui euaserunt, aut manum lapsis inposuit aut, ut genua figerent imperauit. et facitis uos hodie post unitatem, quod a nullo factum est post turificationem, quia scriptum est: ne tetigeritis unctos meos neque in prophetas meos manum miseritis. oleum suum defendit deus, quia, si peccatum est hominis, unctio est tamen diuinitatis. ne tetigeritis, inquit, unctos meos: ideo, ne, dum peccatum hominis percutitur, et oleum, quod dei est, feriatur. iudicio suo deus seruauit rem suam et tamen uos passim inruistis in alienam corrumpentes omnium felicitatem. nam quae maior infelicitas, quam dei sacerdotes uiuere nec esse, quod fuerant?

26. Matronae, pueri simul et uirgines a uobis coactae nullo interueniente peccato, salua innocentia et pudicitia uobis docentibus paenitentiam gerere didicerunt. numquid minor est infelicitas? contriuistis sexus, uexastis aetates; uere de uobis dictum est in psalmo XIII: contritio et infelicitas in uiis eorum et uiam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum. indixistis paenitentiam ple-

8 & 11 Ps. 104, 15 21 Ps. 13, 3

2 auob *(sic) B* in hominibus *PG* dei *om. PG* 3 est notum *G* 4 inestia *B* a *om. P, s. l. m. 1 R* confissione *B* de lapsos *G* 6 genua fierent *RB* hodie *om. G* 7 turif.] purificationem *G* 8 neque i. pr. meos *(suprascr. m. alt.) P* 10 deus *om. G* 11 nedum *G*, *om. B* 13 seruant *(sic) B* 14 irruitis in alienum *G* nam/que *(m. 2 lineol. seiunx. et i. mg. scr.* quae) *G*, neque *RBv* 15 maior est *G* uiuere nec/esse *(lineol. direm. m. 2) G*, uiuere necesse est *(adn. i. mg.* uiuentes necasse). Quot fuerunt matronae *(e. q. s. cap. 26) v* 19 paenitentiam] peni tiam *(post* peni, *quo linea clauditur, spatium duarum litterarum, sed nihil erasum) G* 20 contritos sexu *RB*, contritas sexui ixastis *v* (sexu uexastis *corr. Cochl. quem secutus est Bald.*) 21 in psalmo tercio decimo *(sic) G*, *om. Pb* 22 agnouerunt *G* 23 plebibus] pedibus *B*

bibus; nec enim acta est ab aliquo, sed a uobis exacta, nec aequalibus temporum spatiis, sed egistis omnia pro personis, alter anno toto, alter mense, alter uix tota die imperantibus uobis paenitentiam gessit. si unitati consentire, ut uultis, peccatum est, si est similis culpa, quare non est aequalis pro eodem reatu paenitentia? dubium non est populum credentium Israhel esse uocatum, plebes singulas filias Israhel, id est, qui mente deum uiderint et deo crediderint. et tamen has plebes coegistis flectere et inclinare ceruices et serie capitum iuncta massam paenitentium facere. has plebes dolet deus per Ezechielem prophetam dicens: uae filiabus Israhel, quae sarciunt ceruicalia, id est membra ceruicis, ut subponant sub cubito et sub manu. utique sub cubitis et sub manibus uestris et cum super eorum uel earum capita uelamina paenitentiae tenditis. quae inpietas uestra et furor ostensus est et superbia demonstrata; etiam stultitia fuerat reuelanda; sed hanc in sexto libro demonstrabo.

11 Ez. 13, 18

1 neque acta *G* 2 aequalibus] plenis *G* spaciis temporum *vb* sed legistis *B* 3 alte uix *B* toto die sub uobis (uos *G*) paenitentiam (pen. . . *G*) gessit *PG* 4 ut *om. G* 5 quęre (e *prius del. et add. i. mg. m. 2* quare) *G* non (est *om.*) equalis (s *add. m. 2*) *G* pro eadem *RB* 6 dubio *RB* esse populum *v* 7 esse uocatum—filias Israhel *om. RBv*, (dubium non est esse uocatum populum credentium Israel idest qui . . . *b*) 8 uiderit *RB*, uideat *vb* et deo crediderint *om. RBvb* has qui *(*qui *perductum m. 1 ut uidetur) G* 9 seri capitum *RBv* iniunctam (ininctam *R*) massam paenitentiam *Rv*, iniunctam massae penitentium *B* 10 massa *G* facere] *Cochl. adn.* forte: ferre per Ezechielum *G* 11 prophetam *om. RBvb* israhel *om. Rd* qui sarciunt *RB* 12 id est membra ceruicis *om. b* sub cubitis *PG* 13 et sub manu — cubitis *om. G* cubitibus *RBvd* cubito . . . uestris cum (*om.* et) *b* 14 eorum uel *om. vb* uelamen *G* 15 tenditis uerum quia et impietas *G* 16 etiam et *P* stultitia (s *princip. add. m. 1*) *B* releuanda *B* 17 demonstrabimus *G*, monstrabimus *P* EXPL. LIB. II *P fol. 276*^{b}, EXPLICIT LIBER SECVNDVS (*rubr.*) *R fol. 23*^{a}, Explicit liber Secundus *B fol. 22*^{a} *2*, Explicit liber Sancti Optati Secundus (*rubr.*) *G fol. 24*^{a}, Explicit liber secundus *v*

LIBER TERTIUS.

1. Satis, ut arbitror, in secundo libello de ecclesia, quae sponsa est Christi, et de eius dotibus et de hereditate diximus saluatoris; consequens est primo scismaticorum errores ostendere; deinde, quae fuerit causa, ut unitas fieret; tertio, quis fecerit, ut miles mitteretur armatus. ab operariis unitatis multa quidem aspere gesta sunt, sed ea ad quid inputatis Leontio, Macario uel Taurino? inputate maioribus uestris, qui, sicut in propheta scriptum est, ut uobis stupescerent dentes, ipsi uuas acidas comederunt. illis primo, qui dei populum

2 cfr. Fulgentium Afr. ad Mon. 2, 1 9 Hierem. 31, 29 (cfr. Ez. 18, 2)

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI TERTII (*rubr.*) *R fol. 23*^{a}, Incipiunt capitula libri tercii *B fol. 22*^{a} *2*; *addunt RBvd argumentum, quod in*$_{c}$*P fol. 243*^{b}, *in G* (*omissa inscriptione*) *fol. 24*^{b} *legitur:* (Tertius *rubr. P*) hic tertius liber (liber tertius *G*) continet quattuor causas, quibus effectum est, ut non sine asperitate unitas (unitatis *G*) fieret (et *add. P*): primam (I *R*, prima *G*, *om. B*) quod basilicas scismatici non necessarias (necessaria *RB*) fecerint et rebaptizationem intulerint (et reb. intul. *om. RB*, non instituerint *P*); secundam (II *R*, secunda *G*, *om. B*), quod Donatus Carthaginis (Kartaginem *Bv*) prouocauerit (prouocauit *v*), ut unitas fieret; tertiam (III *R*, tercia *G*, *om. B*), quod Donatus Bagaiensis (Uagaiensis *PG*, Bagaensis *B*, Baiagensi *v*) circumcelliones (circiceliones *P*, cercelliones *R*, cercilliones *B*, sterelliones *v* — *corr. Cochl.*) conlegerit (colligerit *P*, collegit *RBv*), ut operarios (operatios *P*) unitatis inpediret; quartam, (IIII *R*, quarta *G*, *om. B*) sine uoluntate dei nihil esse (esset *G*) factum ex his, quibus putant aliqui unitati faciendum esse conuicium (ex his—conuicium *desunt hoc loco in RBv ita ut ab eisdem uerbis incipiat liber* III.: factum INCIPIT LIBER TERTIVS (Incipit lib' tercius *B*) Ex his quibus *sq. RBv*; *restituit haec Bald.*) conuicium Incipit Liber Tercius *G* 3 et hereditate (*om.* de) *B* 4 errore *RB* 5 qui fuerit *RB* unitatis *B* tert. qui (quae *vb*) fuerit ut *RBvb* 6 mitteretur] moreretur *RB*, moueretur *G*, moretur *v* (*corr. Cochl.*) 7 aspera facta sunt *RBv* ad quid] aliquid *B*, quid (*om.* ad) *G*, ea quae imp. *v* lentio *RBvb* 8 machario . . . thaurino *G* 9 dentes] *add. in G* patres uestri peccauerunt 10 illis . . .] illi quidem primo populum *G* populum dei *vb*

diuiserunt et basilicas fecerunt non necessarias, deinde Donato Carthaginis, qui prouocauit, ut unitas proximo tempore fieri temptaretur, tertio Donato Bagaiensi, qui insanam conlegerat multitudinem, a qua ne Macarius uiolentiam pateretur, ad se et ad ea, quae ferebat, tutanda armati militis postulauit auxilium. uenerunt tunc cum pharetris armigeri, repleta est unaquaeque ciuitas uociferantium; nuntiata unitate fugistis omnes. nulli dictum est: nega deum, nulli dictum est: incende testamentum, nulli dictum est: aut tus pone aut basilicas dirue; istae enim res solent martyria generare. renuntiata est unitas; sola fuerant hortamenta, ut deus et Christus eius a populo in unum conueniente pariter rogaretur. nullus erat primitus terror: nemo uiderat uirgam, nemo custodiam, sola, ut supra diximus, fuerant hortamenta. timuistis omnes, fugistis, trepidastis, ut pro certo de uobis dictum sit, quod in psalmo quinquagesimo secundo scriptum est: ibi trepidauerunt timore, ubi non erat timor. fugerunt igitur omnes episcopi cum clericis suis, aliqui sunt mortui; qui fortiores fuerunt, capti et longe relegati sunt.

2. Et tamen horum omnium nihil actum est cum uoto nostro, nihil cum consilio, nihil cum conscientia, nihil cum opere, sed gesta sunt omnia in dolore dei amare plorantis et in ultionem aquae, quam contra interdictum iterum mouistis

16 Ps. 52, 6 22 cfr. Es. 22, 4 23 cfr. Ioh. 5, 4

3 tertio] testo *B* baiagensi *R*, bāagensi (*sic*) *B*, Uagiensi *G* (*cfr. arg. libr. 3)* collegerunt *G* 4 ne] et *RBv* uiolentia *G* 5 armata *B* postolauit *R* 6 feretris *B* 7 uociferancium *B*, *add. Dupin.* clamoribus, *sed cfr. Esaiae uerba p.* 72, 10 *et Rönsch, Ital. p. 439* nunciatam unitatem *RB* 8 deum (*om.* nulli dictum est) incende *B* 9 aut *ante* tus *om. G* tus pone] tu sponsae (sponse *B*) *RB* basilicam *G* 10 mastiria *B* nuntiata est *G* 11 deus et spiritus eius *RBv (sed cfr. p.* 76, 10) 14 hostamenta *B* timuisti *B* 15 pro cesto *B* de *om. v* in psalmo LI (*sic*) *RB*, in psalmo scriptum *b* 16 scriptum sit ibi timuerunt timore ubi *G* trepidauerunt ubi (*om.* ibi *et* timore) *RB edd.* 17 non erat] nouerat *(sic) B* 18 fortiores erant *G* 19 et *om. RBvb* religati *RB* 22 sed ęgesta (e *princip. exp. m. 2*) *G* 23 in *om. v* interum mouistis *RB*

transducentes ad uos aquam antiquae piscinae. sed nescio an cum illo pisce, qui Christus intellegitur, qui in lectione patriarcharum legitur in Tigride flumine prehensus, cuius fel et iecur tulit Tobias ad tutelam feminae Sarae et ad inluminationem Tobiae non uidentis: eiusdem piscis uisceribus Asmodeus daemon a Sara puella fugatus est, quae intellegitur ecclesia, et caecitas a Tobia exclusa est. hic est piscis, qui in baptismate per inuocationem fontalibus undis inseritur, ut quae aqua fuerat, a pisce etiam piscina uocitetur. cuius piscis nomen secundum appellationem graecam in uno nomine per singulas litteras turbam sanctorum nominum continet, ΙΧΘΥΣ, quod est latinum: Iesus Christus, dei filius, saluator. hanc uos piscinam, quae in omni catholica per totum orbem terrarum ad uitam generis humani salutaribus undis exuberat, transduxistis ad uoluntatem uestram et soluistis singulare baptisma, ex quo baptismate hominibus muri facti sunt ad tutelam, et fecistis quasi alteros muros nullum bonum aedificium facientes. non potuistis construere, nisi dirueretis. et quale potest esse aedificium, quod de ruina construitur? hanc rem per Esaiam prophetam deus dolet et flet, cum dicit filiam sui generis esse contritam. genus dei est non habere genus, qui ex se est et manet in aeternum. similis est et

7 cfr. Tob. 6, 9 & 19 20 cfr. Es. 22, 4

1 traducentes *RB edd.* (*sed cfr. l.* 15) an *(s. l. m. 1) R* 2 intellegetur (l *prius ex* r *corr.*) *B* 3 patriarche tobi *(sic)* legitur *G*, patriarchae Tobiae l. *d*, (*om.* Tobiae) *b* Intig de flumine *B* 4 sarre *B*, sarrae *vb* 5 thobi *(sic) G* piscis *om. RB* 6 as modeus *B*, et Nasmodeus *G*, Hasmodeus *vb* a sarra *Bv* fugatus] uocatus (*om.* est) *G* 7 a thobi *G*, a Tobi *Bv* hoc (i *s. l. m. 1) R* 8 baptismatę *R* per intinctionem *coni. Barth.* 9 uocitur *B* Huius (H *rubr.*) piscis *G* 11 turbam . . .] turbans auctorum nomen *v* ΙΧΘΥΣ] ichtys *add. G* 12 atine *G* hanc *om. G* 14 humani generis *G* 16 hominibus] credentibus *G* facti] sancti *v* 17 bonum] noum *R*, nouum *Bvb* multum bonum *(corr. i. mg. m. 2* nullum) *G* 18 extruere *G*, instruere *Bv* et] sed *G* 19 constituitur *v* 20 deflet *G* 21 generis sui *G* 22 manet ma *v* (in aeternum manet *Cochl.)* in aeternitatem *R*, in eternitatem *B*, ineternum *G*, in aeternitate *b*

aqua, quam non legimus factam. in cuius aquae iniuria indicat deus lacrimas suas, quas uos fecistis, quas testatur nulla posse consolatione siccari, cum ad uos per Esaiam prophetam loquitur dicens: missum me facite, amare plorabo, nemo poterit consolari me in contritione filiae generis mei. hoc loco defenditur innocentia nostra, dum deus cum dolore iracundiam uobis indicat suam, dum et causam prodit et rationem ostendit. denique non ait: in Sion, sed in una eius ualle sunt celebrata; non in illo monte Sion, quem in Syria Palaestina a muris Hierusalem paruus disterminat riuus — in cuius uertice est non magna planities, in quo fuerant septem synagogae, ubi Iudaeorum populus conueniens legem per Moysen datam discere potuisset — sed ubi nulla lis audita est nec ab aliquo celebratum iudicium nec aliqua est illic ab ullo iudice lata sententia — quia locus erat doctrinae, non controuersiae post doctrinam. si quid agendum erat, intra muros Hierusalem agebatur. inde scriptum est in Esaia propheta: ex Sion prodiet lex et uerbum domini de Hie-

4 Es. 22, 4 18 Es. 2, 3

1 quam modo legimus *v* non *om. b* factam *om. RBvb* (aqua cuius non legimus genus. in cuius *sq. an* aqua quam non legimus a deo factam *sit scribendum haesitat Casaub.*) iniuriam *G* 2 qua (s *add. m. 1)* testatur *R* 3 dum ad uos *G* per Es. proph. *om. RBvb* 5 me poterit consolari in *G* 6 cum deus *Rvb* 7 causas *RBvb* 8 rationem] traditionis *R*, traditiones *Bv*, rationes *b* ait *om. G* in tota Syon *G* (*fortasse legendum* in toto monte Sion, *cfr. p.* 72, 1) sed in uia eius *v (Cochl. corr.* una) 9 ualde (*corr. m. 2 i. mg.* ualle) *G* sunt celebrata] ista *uel* iudicia (*cfr. l.* 14) *subaudiendum censet Casaub., nisi forte pro* sunt *mauis* sententia (*cfr.* VII, 1); *sed in Es.* 22, 7: et erunt electae ualles tuae plenae quadrigarum *non de iudicio celebrando sed de uastantium multitudine agitur, quare fortasse scribendum est* sunt celebrationes quem Syria *v* 10 amuris iherusalem *(sic) B* determinat *RB* 11 in qua *RBvb* fuerant (*i. mg. adscr. m. 2* u) *G* septem (*i. mg. adpos. m. 2*) *G* 13 disceret potius *RBv* sed *om. G* 15 doctrine erat (*add. transpos. sign.) B* 16 controuersie. Post (*P rubr.*) doctr. si *sq. Gb* 17 ierusalem *(sic) B* in esaiam prophetam *RB* 18 prod' *B* de] ab *RB*, ex *G*

rusalem —: non ergo in illo monte Sion Esaias aspicit uallem sed in monte sancto, qui est ecclesia, qui per omnem orbem Romanum caput tulit sub toto caelo, in quo monte a deo patre filius dei regem se constitutum esse gratulatur in psalmo primo dicens: quoniam regem constituit me super Sion montem sanctum suum, utique super ecclesiam, cuius rex et sponsus et caput est, non in illo monte, ubi nullae sunt portae, quas diligat deus, sed in monte ecclesiae, qui spiritaliter appellatur. cuius ecclesiae portas introeunt innocentes, iusti, misericordes, continentes et uirgines, quas portas commemorat spiritus sanctus per Dauid in psalmo LXXXVI, dum dicit: fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion, non illius corporalis montis, ubi iam nullae sunt portae et post uictorias Uespasiani imperatoris uix antiquarum extant uestigia ruinarum. est ergo spiritalis Sion ecclesia, in qua a deo patre rex constitutus est Christus, quae est in toto orbe terrarum, in quo est una ecclesia catholica. nam Sion ecclesiam esse et alio loco sanctissimus Dauid propheta testatur dicens: lauda deum tuum, Sion, qui confortauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. per singulas prouincias totius orbis ualles singulas intellegimus montis, et dum non

5 Ps. 2, 6 8 & 12 Ps. 86, 1 & 2 19 Ps. 147, 1 & 2

1 in illius montis *RBv* et Esaias (ysaias *B*) *RB* 2 sed in montem Syon qui *v* que per orbe (*sic*) romanum tulit caput (*om.* omnem) *G* 4 esse constitutum *G* gratulaḃatur *R*, testatur *G* (*cfr. indicem*) 5 psalmo secundo *G* (*olim ps. I. et II. unum eundemque fuisse Dupin. perhibet*) quoniam] quo modo *B* 6 suum] eius *G* super *om. v* 7 sponsus est et caput *G* 8 nulle *G*, non inillę *R*, non ulle *B*, non illae *vb* diligit *vb* in *om. v* 9 qui Syon spiritaliter *Gb* 10 quas portas—per Dauid *om. RBv* 11 psalmo LXXXV *RBvb*, octogesimo sexto *G* 13 non in illius *B* 15 existant *G*, resᵗant *b* uestigia] indicia *RBvb* 17 χpristus *(sic) B* in qua *G* 18 unam ecclesiam *G* 19 idem sanctissimus *G* in psalmo testatur *G* 20 quia *G* 21 tuarum *om. B* filios tuos *G* per singulas—ualles *om. Rbv* (*loco* per *Casaub. coni.* praeterea) 22 singulos *v* intelłegimus (i *s. l. m. 1*) *B*

in toto monte uidet Esaias sed in una ualle, hoc est sola Africa, in qua sola cum sufficerent templa dei, quae fuerant, alia facere uoluerunt principes uestri, in qua sola deiecti sunt muri, et [ut fierent muri] aqua sanctae piscinae transuersa est et nouitas contra antiquitatem a uobis instituta est et aqua humana contra diuinam ordinata est. hoc totum deus in uallem montis Sion et interrogat et increpat dicens: ut quid hoc factum est uobis? ideo, quoniam ascendistis in templa superuacanea: unaquaeque ciuitas repleta est uociferantium, uulnerati tui, non uulnerati gladio et mortui in te, non mortui in bello: in errore sunt a minimo usque ad maximum errantes in montibus omnes principes tui, in fugam conuersi sunt et qui capti sunt, grauiter adligati et fortiores tui longe fugati sunt. missum me facite, amare plorabo; nemo me poterit consolari in contritione filiae generis mei et ascendent Elamitae cum pharetris — Elamitae latina lingua dicuntur chori castrorum — et secutus est dicens: penetralia uestra deferentur ad publicum et secreta domus Israhel nudabuntur. hoc in Africa factum est et totum hoc, quare factum est, indicauit deus, dum uobis inputat dicens: quoniam conuertistis aquam antiquae piscinae ad ciuitatem uestram et deiecistis muros Hierusalem,

7 Es. 22, 1 sq. 22 cfr. Es. 22, 9 sq.

1 monte *om. G* uidet et *RB*, uidit *v* una *om. v* in sola *BG* 3 et in qua *Gv* 4 muri ut fierent *b* ut fierent muri *om. RBvb*, *uncinaui glossema* aqua sancta et piscina *RBv* 5 et aqua humana—ordinata est *om. RBv* 6 contra diuina *G* 7 in ualle *G* increpit *R*, increpat (a *corr. ex* i) *B* 8 & 22 quoniam] quo modo *B* 9 in *om. G* superuacua et *G*, super uacana (e *suprascr. m. 2*) *B* 10 tui] in te *Gb* 11 mortui bello *v* sunt animo usque *B* 12 montibus] omnibus *G* 13 in fuga *G*, in uirgam *v* 16 poterit me *B* 17 uelamite (*del.* u *m. 2*) *G* cum ph. Elamitae *om. G* cum feretris *B* elamitae (*s. l. m. 1*) *RB* 19 proferentur *G* 21 quare] in africa *RBv* factum esse *v* putat (*corr. i mg. m. 3* imputat) *G* 23 ad uoluntatem uestram *G* ierusalem *B*

ut faceretis alteram munitionem, et constituistis aquam inter duas munitiones et ad piscinam antiquam adtendere noluistis nec ad eum, qui ab initio creauit illam.

3. Iam uides, frater Parmeniane, ad uos redundare omnia, a quorum principibus harum rerum omnium seminata est causa, deinde ad Donatum Carthaginensem, cuius ueneficio uidetur unitatis negotium esse commotum. in quo ostendam operarios eius non pro uoluntate nostra nec sua malitia aliquid fecisse, sed prouocantibus atque inpellentibus causis et personis, quas Donatus Carthaginis de leuitate sua constituit, dum magnum se uideri contendit. quem enim latet praeter te, quia peregrinus es, et potuerunt tibi falsa narrari? aut quis negare potest rem, cui tota Carthago principaliter testis est, imperatorem Constantem Paulum et Macarium primitus non ad faciendam unitatem misisse, sed cum eleemosynis, quibus subleuata per ecclesias singulas posset respirare, uestiri, pasci, gaudere paupertas? qui cum ad Donatum, patrem tuum, uenirent et, quare uenerant, indicarent, ille solito furore succensus in haec uerba prorupit: 'quid est imperatori cum ecclesia?' et de fonte leuitatis suae multa maledicta effudit non minus quam in Gregorium aliquando, ad quem sic scribere minime dubitauit: 'Gregori, macula senatus et dedecus praefectorum' et cetera talia, cui Donato praefatus patientia episcopali rescripsit. harum epistularum exemplaria multorum ore ubique cantantur. iam tunc meditabatur contra praecepta apostoli Pauli potestatibus et regibus iniuriam facere, pro quibus, si apostolum audiret,

3 neque *G* 4 illam] eam *G* 5 iam *om. B* 6 rerum omnium *om. G* semi nata *B* 7 carthaginis *G* (*cfr. l.* 11; 76, 16) cuius beneficio *G* 10 et personis *om. RBvb* 11 de *om. RB edd.* sua *om. B* 12 constendit *B* 14 in patrem constantantem *(sic) B* 15 macharium *G* 16 subleuata *om. RBv* 17 possit *vb* repraesentare *B*, respicere *G* 19 uenerint *G* illi *(sic) G* 20 prorupit dicens *G* 21 et in *G* 22 gregorii *RB* 24 praefatus] prefectus *Gb* patientie *G*, penitencia *B* 25 exempla *G* tunc] tum *G*

cotidie rogare debuerat. sic enim docet beatus apostolus Paulus: rogate pro regibus et potestatibus, ut quietam et tranquillam uitam cum ipsis agamus. non enim respublica est in ecclesia, sed ecclesia in republica, id est in imperio Romano, quod Libanum appellat Christus in canticis canticorum, cum dicit: ueni, sponsa mea inuenta, ueni de Libano, id est de imperio Romano, ubi et sacerdotia sancta sunt et pudicitia et uirginitas, quae in barbaris gentibus non sunt et, si essent, tuta esse non possent. merito Paulus docet orandum esse pro regibus et potestatibus, etiamsi talis imperator esset, qui gentiliter uiueret; quanto magis quod christianus, quanto quod deum timens, quanto quod religiosus, quanto quod misericors, ut ipsa res probat! miserat enim ornamenta domibus dei, miserat pauperibus eleemosynam, nihil Donato. cur ergo insaniuit? cur iratus est, cur, quod missum fuerat, repudiauit? et cum illi, qui missi fuerant, dicerent se ire per prouincias singulas et uolentibus accipere se daturos, ille dixit ubique se litteras praemisisse, ne id, quod adlatum fuerat, pauperibus alicubi dispensaretur. o consulere miseris, o prouidere pauperibus, o peccatoribus subuenire! clamat deus dicens: ego sum, qui feci pauperem et diuitem, non quia non potuit et pauperibus dare, sed, si ambobus daret, peccator

2 I Tim. 2, 2 6 Cant. 4, 8 21 Prou. 22, 2

1 docet dicens beatissimus Paulus apostolus *G* 2 ut quieta et tranquilla agant tempora sua *G* 4 repuplica *G*, *edd. add.* est 5 Libanum] libellum *B* 6 mea inuenta de L. *RBv* (ueni *pro* inuenta *adn. Cochl.*). mea ueni a L. *Gb*, mea inuenta ueni de *scripsi (nam repetitionis figura in Cantic. usitatissima est.)* 7 sacerdotia (a *suprascr. m. 2) B* 8 uirginitatis *G* quae in] quem *B* in *om. vb* barbaris non sunt gentibus *G* 9 tuto *v* Paulus apostolus *G* 10 esset imperator *vb* 11 magis *om. RB edd.* 12 deum] dominum *RB* 13 ut] et *v* enim (*s. l. m. 1*) *B* 14 elemosinam nichil donato (nichil *exp. et adn. i. mg.* misit donato *m. 3*) *G* 15 ergo nihil (nichil *B*) *RB* insanuit *B*, insanit *G* quod *om. B* 16 ei dicerent *v* 17 et accipere uolentibus *G* 18 quod *om. B* 19 o] hoc *Cochl. i. mg. scr. idemque coni. Casaub.* prouidere fuerat *RBvb* 22 pauperi *Gb*

qua sibi succurreret, inuenire non posset. denique sic scriptum est: quemadmodum aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum. certe iam apud deum sunt ambo, et qui dare uoluit et qui obstitit, ne daretur. quid? si iam dicat deus Donato: 'episcope, quid uis fuisse Constantem? si innocentem, quare ab innocente accipere noluisti? si peccatorem, quare non permisisti dare, propter quem feci pauperem?' sub hac interrogatione qualis futurus est? quid de leuitate et furore laborauit tantis pauperibus inpedire? Carthaginis principatum se tenuisse crediderat; et cum super imperatorem non sit nisi solus deus, qui fecit imperatorem, dum se Donatus super imperatorem extollit, iam quasi hominum excesserat metas, ut prope se deum, non hominem aestimaret non reuerendo eum, qui post deum ab hominibus timebatur. denique per Ezechielem increpat spiritus sanctus principem Tyri, id est principem Carthaginis, cum per prophetam his loquitur uerbis: fili hominis, dic aduersus principem Tyri: haec dicit dominus deus: quia exaltatum est cor tuum et dixisti: ego sum deus. Tyrum Carthaginem esse primo Esaias probat, in quo legitur uisio super Tyrum et sequitur: ululate naues Carthaginis. deinde Tyrum Carthaginem esse etiam mundanae litterae protestantur; et si sit alia ciuitas, quae hoc nomine nuncupetur, nihil in alia uidetur

2 Eccli. 3, 33 17 Ez. 28, 2 20 & 21 Es. 23, 1

1 qua si bi *(distinx. m. 2)* *B*, qui sibi succurrerent *v* 2 exting^{uit} (*s. l. m. 1*) *B* 3 extinguet *R*, (e *fin. corr. ex* i) *B* 5 donate (te *corr. ex* re *ut uidetur m. 2*) *B* quid uis] quibus *B* 7 remisisti *B* 8 qualis f. est, qui de . . . *coni. Casaub.* leuitate sua *G* 9 tantis] dantes *Casaub.* Kar taginis *B* 11 dum se—imperatorem *om. B* 12 extulit *G* 13 ut prose ut pro deum *(sic) R*, ut pro se ut pro deum *B*, et se ut deum *vb* uerendo *Bvb* 14 denique cum *G* 15 sanctus] dum ad principem thiri id est ad principem carthaginis propheta *sq.* (*om.* cum per) *G*, *eadem Bald. qui* cum *om. et* per prophetam *retinuit* 17 hominum *v* 19 tyri *G* 20 Esaias propheta *G* 21 kastaginis *B* deinde Tyrum *om. RBv* *post* Carthaginem *add.* ipsam *RBvb* 23 nuncupetur] continetur *v* in illa *G*

factum, quod apud Carthaginem constat admissum. loquere, inquit deus, aduersus principem Tyri; non aduersus saecularem aliquem regem dicit esse loquendum nec ad multos sed ad unum, hoc est ad Donatum episcopum. neque enim fas erat prophetam Ezechielem, quem proxime nominaui, nisi principi episcopum conparare, qui sibi, ut diximus, principatum Carthaginis uindicabat, qui exaltauit cor suum et ab hominibus sibi superior uidebatur et sub se omnes etiam socios suos habere uoluisset; de quorum oblationibus nunquam est dignatus accipere, in qua re media est fides et deus Christus eius et querelae multorum, quibus in ipsa societate hanc iniuriam faciebat, ut solus secreto nescio quid ageret et postea ceteris perfunctorie misceretur. hoc modo exaltatum est cor eius, ut sibi iam non homo sed deus fuisse uideretur. denique et in ore populi raro est appellatus episcopus sed Donatus Carthaginis dicebatur. et merito princeps Tyri, id est Carthaginis appellari et increpari meruit, quia primus episcoporum, quasi plus esset ipse quam ceteri; et dum nihil humanum uoluit habere, exaltauit cor suum, non sicut cor hominis sed sicut cor dei, dum a ceteris hominibus aliquid

1 Ez. 28, 2

1 kastaginem *B* esse admissum *G* 2 Tyri aduersus principem tyri loquitur non aduersus *sq. G*, dum deus ad principem tyri loquitur, non aduersus *sq. b* 4 ad *post* est *om. v* neque fecerat proph. *B*, neque enim faceret *v* 5 prophetam Danielum *G* nominaui *ex* non in naui *corr. Cochl.* nisi episcopo compararem (comparem *B*, comparare *G*) *libri v*, nisi episcopo eum comparare *b*, nisi principi episcopum (*uel* eum) comparare *coni. Casaub.*, n. principi episcoporum comparare *d*, n. principi (*uel* illi) episcopum conparare *scripsi* 6 quis ibi ut dix.. *B* 7 ab omnibus hominibus *G*, ab *del. d (sed cfr. indic.)* 8 sibi *om. B* et] ut *G* 9 et de *G* 10 dignatus est *B* fides deus et christus *G* 11 *pro* eius *Casaub. scr.* hinc (*uel* inde) *et pergit* et querelae *(sed cfr. eadem fere uerba p. 68, 11)* in hanc iniur. *RB* 12 ut *om. RBv* 13 hoc *om. RB edd.* 14 ianum (*corr. i. mg. m. 2* iam non) *G* 17 quia] quam *G* 18 que si (*sic*) plus esse *B* esset (t *adscr. m. 2*) *R* sed dum *RB* 19 humanum *om. B* habere uoluit *G* sicut cor hominis sed *om. RBv* (cor *ante* hominis *om. edd.*) 20 aliquid *om. B*

plus esse cupiebat. ad quem deus sequitur dicens: dixisti, ego sum deus. ideo, quia quamuis non sit usus hac uoce, tamen aut fecit aut passus est, quod effectum huius uocis inpleret. extulit cor suum, ut nullum hominem sibi conparandum arbitraretur, et de tumore mentis suae altior sibi uisus est esse; quia quicquid est supra homines, iam quasi deus est. deinde cum episcopi deo debeant famulari, tantum sibi de episcopis suis exegit, ut eum non minori metu omnes uenerarentur quam deum; hoc est, quod sibi deus uisus est. et cum per solum deum solent homines iurare, passus est homines per se sic iurare tamquam per deum. in quo si unusquisque hominum errauerat, ipse prohibere debuerat; cum non prohibuit, deus sibi uisus est. deinde cum ante ipsius superbiam omnes, qui in Christo crediderant, christiani uocarentur, ausus est populum cum deo diuidere, ut qui illum secuti sunt, iam non christiani uocarentur, sed Donatistae; et si quando ad eum aliqui ex aliqua Africana prouincia ueniebant, non quaerebat illud, quod humana semper exigit

1 Ez. 28, 2

1 loquitur dicens *G* (*cfr. p.* 35, 4; 86, 10) dixisti enim *G* 2 ac uoce *R*, a uoce *B* 3 deffectum (*sic*) *B*, defectum *vb* 5 de *om. RB edd.* timore *libri* 6 quia] et *G*, quia *om. v* quid (*suprascr. m. 1*) *R* 7 debebant *v* famulatum *G* sibi episcopos exegit *RB*, sibi ipsos exigit *v* sibi de episcopis exigit *b* 9 uenerarentur] susciperent (*i. mg.* suspicerent *m. recentiss.*) *G* quasi deus *G* 10 solum *om. G* soleant *G* 11 si *om. B* 12 errabat *G* 16 uocentur *G* donatiste uocentur *G* 17 ad deum (*sic*) *s. l. m. 1 B* 18 ueniebant] ueniebat *G*; *quae supra leguntur* non quaerebat — et non uultis ut (*p.* 88, 4) *transposita sunt in RBv*; *add. m. 2 i. mg. R fol. 27b*: hinc quinque folia desunt, *in B fol. 26b 2 post* ueniebant *adnotatum est* T, *cui respondere uidetur in columnarum interuallo numerus* 38b *m. rec.*; *uerbum illud* ueniebant *excipiunt* uindicauerit macarius (*p.* 88, 4) — dicere Gai Sei (*p.* 98, 17): *fol. 27b — 32b in R, fol. 26b 2—31a 1 in B; quae supra leguntur* non quaerebat illud—et non uultis ut *exhibet R fol. 32b —35b, B fol. 31a 1—35a 1*, ut *hic sit foliorum ordo seruandus: fol. 27b, 32b —35b, 27b —32b in R, 26b 2, 31a 1—35a 1, 26b 2—31a 1 in B*

consuetudo, de pluuiis, de pace, de prouentu anni aliquid interrogare, sed illius ad singulos quosque uenientes haec erant uerba: 'quid apud uos agitur de parte mea?' quasi iam uere populum cum deo diuiserat, ut intrepide suam diceret partem. nam et a temporibus eius et usque in hodiernum si quando de rebus ecclesiasticis in iudiciis publicis aliqua celebrata est actio, interrogati singuli sic apud acta locuti sunt, ut dicerent se de parte esse Donati; de Christo tacuerunt. et quid de clericis dicam, cum legantur preces, quarum in primo libro fecimus mentionem, iamdudum ad Constantinum missae et subscriptae, quae episcoporum nomina continebant, sic: 'datae a Capitone et Nasutio, Digno et ceteris episcopis partis Donati'? et postulabant utique contra episcopos, qui dum non erant in parte Donati, in Christi catholica habitabant; et dum episcopus inter coepiscopos suos non fuit nec homo inter homines esse uoluit, constat, quod extulit cor suum et deus sibi fuisse uidebatur. nam cum et ordinatores tui — quorum nomina, frater Parmeniane, bene nosti, et ubi fuerint non ignoras, et qui uel a quo petiuerint et qualem rogauerint, ut redirent et tecum redire potuissent, et nos didicimus, cum easdem preces, quas dederant, apud Africanos iudices adlegarent, in quibus scriptum est: 'datae ab episcopis partis Donati' — hic iam quid respon-

12 & 22 cfr. p. 26, 4

2 uenientes l ecerant (*sic*) herba *B* 3 uerba] *add. G* ut diceret (*cfr. l.* 8) agitur] uidetur *G* 5 et *post* nam *om. vb* 8 se esse d. p. Donati *B* de parte fuisse *G* 9 cum leges (*corr. i. mg. m. 2* legantur) *G* 11 subscribente *RB* episcoporum supra memoratorum nom. *G* 12 et *ante* Nasutio *om. G* 13 postolabant (u *s. l. m. 2*) *R* 15 fuit] petit *G* 16 extulit] exaltauit *G* 17 cum *om. v* 18 fuerunt *B* et quid *Gb* 19 petierint *G* tecum uenire *RB* 20 nos dicimus *RBv* 21 dederunt *RBvb* apud] ut ad *RBv* alligarent *R; sequuntur haec* addendum (In assendum *B*) episcoporum de actis (in episcoporum actis *Cochl. coni.*) de quibus infra scriptum est *sq. RBv* (*quae uerba ad acta his libris quondam adnexa pertinere et errore irrepsisse censuit Casaub. deleuitque*) in quibus infra scriptum *b* 22 date *libri* Date a Cassiano Rogatiano Pontio et ceteris episcopis *G*

suri sunt in illo inminenti diuino iudicio, qui in hoc saeculo alio modo confessi sunt non se esse de ecclesia Christi, qui libenter professi sunt de parte fuisse [se] Donati, cum in euangelio scriptum est Christo dicente: qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram patre meo? isti Donatum confessi sunt, non Christum. et ne parua sit ista probatio, quam ad ipsius personam pertinere manifestum est, accedit et illud testimonium, quo supra memorata increpatio clausa est, quod dixit illum deus non in terra moriturum; et ita factum esse omnibus notum est. habitabat in domo dei et erat in corde maris; ubique mare saeculum legimus, cum esset ipse non tantum in amore aliquorum christianorum, sed propter scientiam mundanarum litterarum erat etiam in corde maris, id est in amore saeculi et de scientia sua sapiens sibi uisus est. sed hanc sapientiam eius euacuauit deus, dum dicit: numquid sapientior tu quam Daniel? quam merito et bene eius sapientia humiliata est, qua putauit se Daniele esse sapientiorem in repudiandis muneribus regis, dum accipere noluit, quod ab imperatore christiano missum esse uidebatur! et uisus est sibi aut Daniel nouus aut sapientia Danieli praelatus, quia et ipse Daniel aliquando a Baltassare rege cum cogeretur accipere munera, id est anu-

4 Matth. 10, 32. Luc. 12, 8 9 cfr. Ez. 28, 8 16 Ez. 28, 3

1 sint *G* iudicio^{b} diuino^{a} (*uerborum ordinem corr. litt.* a *et* b *m. 1?*) *B* 2 aliquo modo *coni. Casaub.* esse se *G*, se *om. d* 3 se *om. libri* 4 scriptum sit *G* 5 eum] illum *G* 6 meo qui in celis est *G* 7 manifestatum *d* 8 et] ad *RBvb* qua^{o} (o *s. l. m. 2*) *R* 9 terra sua *G* 11 domu̱ (u *del.* o *i. mg. add. m. 2*) *G* 12 in (*s. l. m. 2*) *R* 13 scienticiam *B* 14 amore secularium *G* et] sed *R*, sedet *Bvb* 15 ut sibi uisum est *RB* 16 cum dicit *G* tu sapientior *G* 17 danihel *RB* ob quam merito et bene *G*, merito et bene (*om.* quam) *b*, merito *om. RBv* 18 danihelo *R*, danielo *GB* sapientiorem esse *G* 19 uoluit *B* 20 uisum *RB* 21 aut sapientior danielo (*om.* praelatus) *G* danihelo *R*, danielo *B* aliquando *om. B* 22 a baltasar *RB*, a Balthasar *G*, a Baltassar *vb*, a Baltassare *d* (*sed cfr. datiuum eiusdem uocis p.* 80, 11)

lum, torquem et cetera, dixisse legitur: dona tua tecum sint, rex. et sapienter respondit et conuicia regi non fecit et quod offerebatur, non damnauit sed distulit, non quo modo Donatus, qui et conuicia Constanti quanta potuit dixit et, quod ab eo pauperibus missum fuerat, repudiauit. sed Daniel sanctus sapiens inuentus est, ut munera oblata illa die non acciperet. illud enim quod ab eo petebatur, adhuc in caelo erat, et insipientis esset huius rei quasi mercedem accipere, quam nondum habuit in potestate; idcirco munera oblata illa die ad tempus accipere noluit. denique cum ei deus ostenderet, quod regi supradicto indicaret, Baltassari retulit, et quod iamdudum repudiasse uisus est, postea libenter accepit. merito increpat deus principem Tyri, Donatum, cum dicit: numquid tu sapientior quam Daniel? sed o quam longe est praesumptio Donati a persona Danielis! quod enim Baltassar dabat, Danieli dabat, non pauperibus; quod Constans christianus imperator tunc miserat, pauperibus transmiserat, non Donato. denique ait: sapientes te non docuerunt sapientiam suam, quia illud a Salomone discere noluisti. quod ait: absconde panem in corde pauperis et ipse pro te rogabit. quia etiam illud ab ipso Daniele discere noluit, quod dedit Nabuchodonosor consilium, quomodo satisfaceret, qui offenderat deum. et tu, inquit, rex, audi consilium meum et placeat

1 Dan. 5, 17 13 Ez. 28, 3 18 cfr. Dan. 2, 27 19 Eccli. 29, 15 23 Dan. 4, 24

1 Bona tua *G* 3 quomodo *BG* 4 et *ante* conuicia *om. G* regi Constanti *G* 6 sanctus sapiens] satis et uere sapienter *G* 8 insipiens esset ***RBvd***, insipientiserat eius rei *G*, insipientis esset *b* accipere] querere *G* 9 quam nec dum *G* illa die *om. G* 10 non ac. uoluit *RB* deus ei *G* 11 baltasari *RB*, Balthasari *G* 16 danihelo *R*, danielo *G*, (o *semieras.*) *B* 17 tunc] ṇọṇ (*corr. i. mg. m. 2*) *G* 18 denique] deinde (d *rubr.*) *G* 19 qui ait *G* 20 panem *om. B* panem tuum *G* rogauit *G* 21 etiam et . . ab illo Danielo *G* danihelo *R*, danielo *B* noluisti *G* 22 Nabugodonosor *RBvb* modo *post* quo *om. v* satis fecisset deo qui peccauerat et tu *sq. G* 23 audi rex *edd.*, audi *om. G* et *ante* placeat *om. G*

tibi; peccata tua eleemosynis redime et iniustitias tuas in miserationibus pauperum. Daniel regi peccatori et sacrilego faciendas eleemosynas suadet; Donatus, qui increpari meruit, Constanti imperatori christiano, ne misericors esset, obstitit. ideo increpatur, quod eum sapientes non docuerunt sapientiam suam, qui, quod a rege missum fuerat, per se dari passus non est. unde constat Donatum malarum fontem fuisse causarum.

4. Quicquid itaque in unitate facienda aspere potuit geri, uides, frater Parmeniane, cui debeat inputari. a nobis catholicis petitum militem esse dicitis; si ita est, quare in prouincia proconsulari tunc nullus armatum militem uidit? ueniebant Paulus et Macarius, qui pauperes ubique dispungerent et ad unitatem singulos hortarentur; et cum ad Bagaiensem ciuitatem proximarent, tunc alter Donatus, sicut supra diximus, eiusdem ciuitatis episcopus, inpedimentum unitati et obicem uenientibus supra memoratis obponere cupiens praecones per uicina loca et per omnes nundinas misit, circumcelliones agonisticos nuncupans, ad praedictum locum ut concurrerent inuitauit; et eorum illo tempore concursus est flagitatus, quorum dementia paulo ante ab ipsis episcopis inpie uidebatur esse succensa. nam cum huiusmodi hominum genus ante

5 cfr. Dan. 2, 27

1 tibi *om. B* et pecc. *G* et iusticias *G* 2 in miserationes pauperum et erit deus propitius peccatis *G* (*similia in Daniele*) in miseratione *vb* 3 elemosinis (*sic*) *B*, elemosinas persuadet *G* qui *om. G* 4 imperatori] peccatori *v* 5 impie obstitit *G* eum] enim (*corr. i. mg. m. 2*) *G* non (*s. l. m. 1*) *G* 6 quicquid (o *s. l. m. 2*) *R*, quiquod *B*, quidam (*corr. i. mg. m. 2* qui quod) *G*, quicquid *edd.* aḍ rege *R* 7 omnium malarum *Gb* 8 causarum] *add. G:* sed dum et te considero uereor ne ad te secunda lectio pertineat quicquid itaque *sq.* 10 uide *G* debet *RB* a nobis acatholicis (*sic*) *R* nobis christianis pet. *G* 12 procons. (*s. l. m. 1*) *B* et ueniebant *G* 13 macharius *libri* 14 ortarentur *RB* ad *om. RBvb* uagaiensem *R*, uagiensem *BG* (*cfr. p.* 83, 6), Baiagensem *v* 19 agonesticos *G* concurreret (n *s. l. m. 2*) *R* 20 et orum (*corr. i. mg.* eorum) *G* concussus *B* 22 esse *om. v* succensa] conpressa *G* hominum] hoī|mīs (*sic*) *B*

unitatem per loca singula uagarentur, cum Axido et Fasir ab ipsis insanientibus sanctorum duces appellarentur, nulli licuit securum esse in possessionibus suis; debitorum chirographa amiserant uires, nullus creditor illo tempore exigendi habuit libertatem, terrebantur omnes litteris eorum, qui se sanctorum duces fuisse iactabant, et si in obtemperando eorum iussionibus tardaretur, aduolabat subito multitudo insana et praecedente terrore creditores periculis uallabantur, ut qui pro praestitis suis rogari meruerant, metu mortis humiles inpellerentur in preces. festinabat unusquisque debita etiam maxima perdere et lucrum conputabatur euasisse ab eorum iniuriis, etiam itinera non poterant esse tutissima, quod domini de uehiculis suis excussi ante mancipia sua dominorum locis sedentia seruiliter cucurrerunt. illorum iudicio et imperio inter dominos et seruos condicio mutabatur. unde cum uestrae partis episcopis tunc inuidia fieret, Taurino tunc comiti scripsisse dicuntur huiusmodi homines in ecclesia corrigi non posse; mandauerunt, ut a supra dicto comite acciperent disciplinam. tunc Taurinus ad eorum litteras ire militem iussit armatum per nundinas, ubi circumcellionum furor uagari consueuerat. in loco Octauensi occisi sunt plurimi et detruncati sunt multi, quorum corpora usque in hodiernum per dealbatas aras aut mensas potuerunt numerari. ex quorum numero cum aliqui

1 uagaretur *G* cum Maxido *vb* et fasi rab *G* fasis *B* 3 esse securum (*add. transpos. sign.*) *G* 5 libertatem] potestatem *G* sanctorum∧ fuisse (*adscr. i. mg.* duces *m. 2*) *G* 6 iactitabant *G* si obtemperando in eorum *RB* 8 praecedenti *v* precedente errore *B* periculis ullulabantur *B* ut] et *RBvb* 9 meruerant] debuerant *G* 10 in preceps *G* deuita *G* 11 perdere] omittere (o *in ras.*) *G* computabat *G* 12 itinere *G* poterant (u *s. l. m. 1*) *B* quod] o quot *G* domi (*in uers. exitu*) in/de (*sic*) *B* 13 suis *om. G* 14 sedentia *om. G* concurrerunt *G* 15 a uestre p. e. inuidia tunc *G* 16 tunc] illo tempore *G* 17 corrigi in eccl. *edd.* 18 supra memorato *G* 19 litteras] epistolas (*sic*) *G* 21 octauiensi *G* et *om. G edd.* 22 aut] uel *G* 23 poterunt *vb* aliqui *om. B*

in basilicis sepeliri coepissent, Clarus presbyter in loco Subbulensi ab episcopo suo coactus est, ut insepultam faceret sepulturam. unde proditum est mandatum fuisse fieri, quod factum est, quando nec sepultura in domo dei exhiberi concessa est. eorum postea conualuerat multitudo. sic inuenit Donatus Bagaiensis, unde contra Macarium furiosam conduceret turbam. ex ipso genere fuerant, qui sibi percussores sub cupiditate falsi martyrii in suam perniciem conducebant. inde etiam illi, qui ex altorum montium cacuminibus uiles animas proicientes se praecipites dabant. ecce ex quali numero sibi episcopus alter Donatus cohortes effecerat! hoc metu deterriti illi, qui thesauros ferebant, quos pauperibus erogarent, inuenerunt in tanta necessitate consilium, ut a Siluestro comite armatum militem postularent, non per quem alicui uim facerent, sed ut uim a Donato supra memorato episcopo dispositam prohiberent. hac ratione factum est, ut miles uideretur armatus. iam quicquid subsecutum est, uidete, cui debeat aut possit adscribi. habebant illic uocatorum infinitam turbam et annonam conpetentem constat fuisse praeparatam; de basilica quasi publica fecerant horrea expectantes, ut uenirent, in quos furorem suum exercere potuissent; et facerent, quicquid illis

1 sepelire (i *s. l. m. 2*) *RB* cepissent *BG* Clarius *vb* subbullensi *codd.* 2 uocatus est *RB* in sepultam *G* 5 conualuerit *RBv*, conualuit *d* 6 Uagaensis (*sic*) *B*, Uagiensis (*om. in textu adp. i. mg. m. 2*) *G* macharium *codd.* 7 praecussores *R*, praecursores (s *fin. s. l. m. 1*) *B* 8 martyris (*corr. i. mg. m. 3* Martyrii) *G* inde etiam] In decet iam *B*, unde etiam (*om.* illi) *G* 10 praecipite *B* 11 cohortes] cohostes *B*, consortes *G* efficerat (e *s. l. m. 2*) *R*, efficerat *B* 12 qui prope thesauros ferrent *RBvb* 13 siluestre *G* 14 postolarent (u *s. l. m. 2*) *R* 17 debeat ut possit *B*, d. ac possit *vb* 18 adscribi (s *s. l. m. 2*) *R* habebant] furebant *Gb* illic] hic *B* infinita milia populorum quibus etiam annonam *Gb* (pro quibus et annonam *coni. Bald.*) *post* turbam *lacuna sex litt. et sequitur* nonam competentem *B* 19 constans fuisse praeparatum *RB* quasi fecerant publ. (*transpos. not. m. 2*) *B* 20 fecerunt *vb*

dementia sua dictasset, nisi praesentia armati militis obstitisset. nam cum ante uenturos milites metatores, ut fieri adsolet, mitterentur, contra apostoli praecepta conpetenter suscepti non sunt, qui ait: cui honorem, honorem, cui uectigal, uectigal, cui tributum, tributum; nemini quicquam debueritis. qui missi fuerant cum equis suis, contusi sunt, missi ab his, quorum nomina flabello inuidiae uentilasti. ipsi magistri fuerunt iniuriae suae, et quid pati possent, ipsi praerogatis iniuriis docuerunt. reuerterunt uexati milites ad numeros suos, et quod duo uel tres passi fuerant, uniuersi doluerunt. commoti sunt omnes, iratos milites retinere nec eorum praepositi ualuerunt. sic admissum est, quod in inuidiam unitati factum esse memorasti; haec et cetera uestra et suas causas habent et quas ostendi personas obnoxias. hoc nos nec uidimus quidem sed uobiscum audiuimus. si auditus facit reos, tenemus uos socios, quia similiter audistis; si a facto

4 Rom. 13, 7

1 clementia sua *B* 2 adsolet (s *suprascr. m. 2*) *R*, solet *edd.* 3 et mitterentur *G* suscepti] *perturbatus iterum ordo in v: sequuntur enim p. 41 — p. 42 haec:* diuina contemptui debuerant *(p. 87, 1) —* et non ultis *(p. 88, 4), ubi iterum rerum continuatio uitiatur. quae supra sunt in libris, exhibet v p. 43 sub finem libri post* oculi christiani, qui ait *(p. 100, 14). Cochl. deprauationis causa non perspecta coniecit:* praecepta non sunt competenter suscepti nec diuina contemni debuerant *sq.* 4 cui uectigal uectigal *om. G* 6 debueritis] debeatis *(iuxta folii scissuram)* nisi ut inuicem diligatis qui missi *sq. G* contusi sunt ab his *RB*, pompati sunt ab his *G*, concussi sunt ab his *v*, praeoccupati sunt ab iis *b*, contusi sunt qui missi fuerant cum equis suis ab iis *d*, contusi sunt missi ab his *scripsi* 7 flauello (b *s. l. m. 2*) *R* uentilatis *G* 8 fuerant *v* iniuriae] inuidie *G* et qui pati *RBv* potuissent *RB* 9 praerogati *B*, praecogitatis *G* 11 omnes *om. G* 12 ualuerunt] uoluerunt retinere *G* quod ad *(s. l. m. 2 R)* inuidiam unitati factum *RB*, quod in inuidia unitatis factum *G*, quod inuidiam unitati factam *vb*, per quod inuidiam un. factam *d*, quod in inuidiam unitati factum *scripsi* 13 memoratis *G* cetera gesta et *G* 14 ne uidimus *G* 15 si audistis facite reos *RBv* 16 audiuimus *RBvb*

auditus inmunis est, quod ab aliis uobis prouocantibus factum est, nobis non debet inputari. querelam per ordinem deponitis sub Leontio, sub Ursacio iniuriatos esse quam plurimos, sub Paulo et Macario aliquos necatos, a sequentibus eorum nescio quos ad tempus esse proscriptos. quid hoc ad nos, quid ad ecclesiam catholicam pertinet? quicquid obiecistis, uos fecistis, qui pacem a deo commendatam noluistis libenter excipere cariorem aestimantes hereditatem scismatis quam praecepta proposita saluatoris. arguistis operarios unitatis: ipsam unitatem inprobate, si potestis! nam aestimo uos non negare unitatem summum bonum esse. quid nostra, quales fuerint operarii, dummodo quod operatum est, bonum esse constet? nam et uinum a peccatoribus operariis et calcatur et premitur et sic inde deo sacrificium offertur; oleum quoque a sordidis et nonnullis male uiuentibus et inmunda loquentibus conficitur et tamen in sapore, in lumine, etiam in sancto chrismate simpliciter erogatur.

5. Operarios unitatis malos fuisse dicitis; forte cum uoluntate dei, cui nonnumquam placet etiam, quod ab ipso potuit prohiberi. nam quaedam mala male fiunt, quaedam mala bene fiunt. malum male latro facit, malum bene iudex facit, dum uindicat, quod latro peccauit. nam haec dei uox est: non occides, et ipsius uox est: si inuentus fuerit homo

22 Exod. 20, 13; Deut. 5, 17; Matth. 5, 21 23 Deut. 22, 22; Leuit. 20, 10

3 ursatio *libri* 4 asequentibus *B* nescio quis *R*, ne si quis *Bv* (*corr. Cochl.*) 5 prescriptos *G* qui ad *B* 6 pertinet *om. G* obicistis (*sic*) *G* uos] non *G* 7 qui pacem *om. RBvb* (*Cochl. ex coni. add.* unitatem *post* excipere) adeo commend. *B* 8 charioṇem (n *expunc. et* r *i. mg. add. m. 2*) *G* quam] qua *G* 9 propositi *RB*, praepositi *vb* 10 iam probate *G* 11 quid nostra] quid nos (*i. mg. add. m. recent.* lego quid ad nos) *G* (*quattuor illos uersus* quid nos—oleum quoque *continentes lineae notant in G*) fuerunt *RB* 12 operatus *G* constat *B* 13 et unum *v* (*corr. Cochl.* uinum) 14 deo *om. B* sacrificium deo *G* 16 tamen sapore (*om.* in) *RBv* (*Cochl. coni.* liquor) sapore intz (tz *eras.*) *G* chrysmatis *R*, chrismatis *B* 18 malos] in caelos *v* (inciuiles aut in caede *emend. Cochl.*) 19 cui numquam *RB* 22 haec] et *G* 23 est in libro leuitico *G*

dormiens cum muliere habente maritum, occidetis utrosque. unus deus et duae diuersae uoces. denique cum Phinees, filius sacerdotis, adulterum cum adultera inueniret, leuauit cum gladio manum et inter duas uoces dei dubius stetit. hinc ad illum sonabat: non occides, inde sonabat: occidetis utrosque. si feriret, peccaret; si non feriret, delinqueret. elegit melius peccatum, ut percuteret. et forte non defuerant, qui huius rei uindicem quasi homicidam notare uoluissent. sed ut ostenderet deus aliqua mala bene fieri, locutus est dicens: Phinees mitigauit iram meam. et placuit deo homicidium, quia uindicatum est adulterium. quid? si et modo deo placuit, quod passos uos esse dicitis, qui unitatem cum toto orbe terrarum et cum memoriis apostolorum, quae deo placita est, habere noluistis?

6. Inuitus cogor hoc loco etiam illorum, quorum nolo, hominum facere mentionem, quos uos inter martyres ponitis, per quos tamquam per unicam religionem uestrae communionis homines iurant. quos quidem uellem silentio praeterire, sed ratio ueritatis se sileri non patitur, et ex ipsis nominibus contra unitatem inconsiderate rabida latrat inuidia et aspernantes aliqui accusandam aut fugiendam aestimant unitatem, quod Marculus et Donatus dicantur occisi et mortui. quasi omnino in uindictam dei nullus mereatur occidi! nemo erat laedendus ab operariis unitatis, sed nec ab episcopis mandata

5 & 6 cfr. p. 85, 22. 23 10 Num. 25, 11

2 utrosque] *add. in RBvb* in primo libro regnorum, *del. Casaub.* denique dum *vb* 3 finees *libri* (*sic semper*) filius eleazar sac. *G* (*p.* 87, 14 *et in G deest* eleazar) 5 occidas *RBvb* 6 occideris *B*, occide *G* et si fer. *B* feriret] fieret *(utrimque) RB* et si non *G* 8 denotare *G* 12 quid et si *RB* uos passos *G* 14 quod deo placitum *G*, quae d. placitae (placite *B*) sunt *RB* habere non uultis *G* 16 quos] qd' *B* 17 per unam *G* regionem (li *s. l. m. 1*) *B* 20 rabida *om. RBvb* 21 unitatem *om. G* 22 occisi uel m. *G* 23 in uindicta *G* meatur *B* 24 mandata] *sequuntur in v* Christiani quod horrerent—uidebatur auditum, *quae recte leguntur p.* 100, 14 *sq.; quae supra sunt* mandata diuina — et non uultis (*p.* 88, 4) *inserta sunt supra* (*cfr. p.* 84, 3)

diuina contemni debuerant, quibus praeceptum est: quaere pacem et consequeris eam, et iterum: quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum, et iterum: felices pacifici, quia ipsi filii dei uocabuntur. hoc qui nec libenter uolebant audire nec deuote facere uoluerunt, quicquid potuerunt pati, si occidi malum est, mali sui ipsi sunt causa.

7. Sed arguendus, ut dicitis, uobis uidetur esse Macarius, quod sine uoluntate dei aestimatis eum hoc facere potuisse. habetis huiusmodi reos antiquos: accusate primo Moysen ipsum legislatorem, qui cum de Sina monte descenderet, prope necdum propositis tabulis legis, in quibus scriptum erat: non occides, tria milia hominum uno momento iussit occidi. Macarium differte paulisper, Phineem, filium sacerdotis, quem paulo ante memoraui, primo in iudicium prouocate: si tamen inueneritis praeter deum aliquem iudicem. nam quod accusatis in persona ipsius, a deo laudatum est, quod in zelo dei factum est. subprimite interim uoces, quas in Macarium dictat inuidia. recurrite primo ad Heliam prophetam, qui in riuo Cison, cum pareret uoluntati dei, quinquaginta et quadrin-

1 Ps. 33, 15 2 Ps. 132, 1 4 Matth. 5, 9 11 cfr. Exod. 32 13 Exod. 20, 13; Deut. 5, 17; Matth. 5, 21 15 cfr. Num. 25 20 cfr. III. Reg. 18, 40

2 consequere *G*, consequaris *b* 3 quam *om. G* 5 uolebant *om. G* 9 quod *om. libri d* sine] si sine *G*, cum *d* hoc fecisse *G*, facere non potuisse *bd* 11 legem (is *s. l. m. 2*) latorem *R* 12 prope] *add. i. mg.* propere *v* depositis tab *G* 13 tria] XXIII *adscr. i. mg. v* 14 differre (r *del. et* t *i. mg. adscr.*) *G* 15 in iudicio *G* prouocate (e *add. m. 2*) *R* et (*lin. subscr. R*) si tamen *RB* 16 aliquem] alterum *G (fortasse* adulteri *uel* adulterii *legendum)* 18 quas] quasi *(corr. m. 2?) R*, quibus *Bb* in *om. B* 19 dicta inuidia (in uia *R m. 2*) recurrit et primo *RB*, quasi . . dicta in uia *v* ad prophetam *(post* ad *spatium trium litt.) B* ad alium (*corr. m. 2* eliam) *Rv* 20 Cison] *add. n G* una hora cum uoluntate dei *sq.* cum praeter uoluntatem dei *v* (non iusta dei uindicta *post* Cison *interpos. Cochl.*) uoluntate (i *s. l. m. 2*) *R*

gentos occidit. sed forte dicatis illos merito occisos, istos indigne: nunquam sequitur uindicta, nisi eius antecesserit causa. uindicauit, ut diximus, Moyses, uindicauit Helias, uindicauit Phinees; et non uultis, ut uindicauerit Macarius. si nihil offenderant, qui occisi esse dicuntur, sit Macarius reus in eo, quod solus nobis nescientibus, sed uobis prouocantibus fecit: quare nobis fit inuidia, cum aliena sint facta? et in uobis est causa, quia propter uos, qui foris fuistis, quamquam et nunc foris esse uideamini, euenisse dicitur, non propter nos, qui intus habitamus et nunquam de radice recessimus. sed quia supra memoratorum personas per ordinem diximus, uideamus, quare Moyses tria milia hominum iussit occidi, quare Phinees duo et quare Helias quadringentos et quinquaginta, quare Macarius duos, quorum nomina cotidie, ut supra dixi, flabello inuidiae uentilatis. constat in eos uindicasse, a quibus iussio diuina contempta est. nam: non tibi facies sculptile dei uox est et: non facies adulterium eiusdem dei uox est; non sacrificabis idolis idem deus

12 cfr. Exod. 32, 28 13 cfr. Num. 25, 9 14 cfr. III. Reg. 18, 40 16 Exod. 20, 4; Deut. 5, 8 17 Exod. 20, 14 18 cfr. Exod. 20, 5

1 dicitis *vb* 2 indigne] non nostros *G* 3 Uindicamus (mus *perdux. et i. mg. corr. m. 2* uit) *G* ut dixit (*sic*) *R*, ut dixit *B* helyas *Bv* 4 fines (*sic*) *B* non uultis] *de transpositione cfr. p.* 77, 18. *sequuntur in R fol.* 35^{b} aut gaiesei adhuc paganus (*p.* 98, 17 *usque ad libri finem*), *in B fol.* 35^{a} *1* ut gaisei adhuc paganus; *quae supra sunt* uindicauerit — dicere Gai Sei *transposita sunt post* ueniebant (*p.* 77, 18); *in v omisso* ut *eadem sequuntur quae in RB* et non uultis ut *om. Bald. qui pergit* Uindicauit macarius macharius (a *alt. corr. ex* e *ut uidetur*) *B* 5 si *om. d* sit] sed *RBv* 6 sed] et *Bvb* 7 sint aliena *G* sunt *d* 8 qui *om. RB* 9 foras . . . uenisse dicitur *G* 11 memoratas *vb* 12 tria milia] *haec adn. Cochl. i. mg.:* textus noster habet de Moyse 23 et de Phinee 24 milia, *qui numeri respondent libris sacris (cfr. de eadem numerorum discrepantia prooemium ed. princ.)* 13 et quare finees duos *G* 14 et quare *G* 15 flauello (b *s. l. m. 2*) *R*, flabella *v (corr. Cochl.)* omnes istos constat *G* 16 non facies (non *in ras. ex* monti *corr.*) *B* 17 et non — uox est (*l.* 18) *des. in G* 18 eius dei *RB*

locutus est et: non facies scisma et: quaere pacem et consequeris eam eiusdem dei praeceptum est. temporibus Moysi populus Israhel caput uituli coluit, quod illis sacrilega flamma conflauit; ideo tria milia hominum occidi meruerunt, quia dei uox uidebatur esse contempta. Phinees adulteros uno ictu percussit: laudari a deo meruit, quoniam diuinorum praeceptorum contemptores occidit. et quadringentos et quinquaginta, quos Helias occidisse legitur, ideo occisi sunt, quia contra iussionem dei, per quod falsi uates erant, dei praecepta contempserant. et illi, quorum nominibus Macarium criminatis, nec a falsis uatibus longe sunt; quia uos deus dixit futuros esse falsos uates, quod proximo loco probaturi sumus; et dum pacem noluerunt respicere, ne in uno cum fratribus habitarent, contra praecepta et contra uoluntatem dei pertinaciter obstiterunt. ergo uidetis a Moyse et Phinee et Helia et Macario similia esse facta, quia ab omnibus unius dei praecepta sunt uindicata. sed uideo uos hoc loco tempora separantes, ut alia fuerint tempora ante euangelium, alia post euangelium; in quo potestis dicere, quia scriptum est, ut a Petro iam gladius conderetur, quo auriculam serui sacerdotis abstulerat, quem seruum potuerat quasi deuotus Petrus occidere. sed Christus pati uenerat, non defendi; et si cogitatum suum Petrus inpleret, in passione Christi uideretur seruus uindicari, non populus liberari.

1 cfr. I. Cor. 1, 10; 12, 25 Ps. 33, 15 20 cfr. Matth. 26, 51

2 dei *om. RB edd.* 4 hominum *om. G* 6 et laudari *G* adeo meruit *B* praeceptorum] mandatorum *G* 7 quadringenti *edd. praeter v* et *ante* quinquaginta *om. G* 10 criminaminì *G* 12 esse *om. G* quo (d *s. l. m. 2*) *R* 13 recipere nec in uno . . . habitare *G* 14 precepta dei et uoluntatem pertinaciter *G* 15 finees *(sic) R* 16 facta esse *G* ab hominibus unius *G* dei processe sunt (sunt, r *s. l. m. 2 R*) uindicte *RB*, dei processerunt uindicta *v* 17 separare *vb* 18 eu/uangelium *B (sic fere ubique)* altera post *G* 20 gladius iam *G* auricula seruo *G* 21 quem s. potuerat *om. B* quem] quae *R*, quo *vb* quasi poterat *(sic) G* occidere—suum Petrus *om. B* 22 si *om. Rv* 23 inplere *RBv* uidetur et seruus *RBv*

8. Nam et Macarius gladium a Petro uagina conditum non eduxit — hoc probat deus, dum ad uallem Sion loquitur dicens: uulnerati in te, non uulnerati gladio — aut probate aliquem illo tempore gladio esse percussum. deinde ait: mortui in te, non mortui in bello. quare debetis adtendere, ne temerarium sit eos martyres appellare, qui christianorum nullum senserint bellum. non enim tale aliquid factum aut auditum est, quod in bello christianorum dici aut fieri solitum est, quod bellum persecutio dicitur, quae operata est sub duabus bestiis ex illis quattuor, quas Daniel de mari ascendentes aspexit. prima fuit ut leo: haec erat persecutio sub Decio et Ualeriano; secunda ut ursus: alia persecutio, quae fuit sub Diocletiano et Maximiano, quo tempore fuerunt et inpii iudices bellum christiano nomini inferentes, ex quibus in prouincia proconsulari ante annos sexaginta et quod excurrit fuerat Anulinus, in Numidia Florus. omnibus notum est, quid eorum operata sit artificiosa crudelitas: saeuiebat bellum christianis indictum, in templis daemoniorum diabolus triumphabat, inmundis fumabant arae nidoribus, et quia ad sacra sacrilega uenire non poterant, ubicumque tus ponere cogebantur. omnis locus templum erat ad scelus, inquinabantur prope morientes senes, ignorans polluebatur infantia, a matribus

3 & 5 Es. 22, 2 11 cfr. Dan. 7, 3 sq.

1 et *om. RBv* 3 gladio et mortui in te non mortui in bello *G (sed in l. sq.* deinde ait mortui in te non mortui in bello *interciderunt in G)* 4 probate illo tempore aliquem *G* 6 adtendere (t *s. l. m. 2*) *R* 7 senserit (n *s. l. m. 2*) *R*, senserunt *Gvb* 9 bellum *om. G* 10 sub *om. v* duobus (a *s. l. m. 2*) *R*, duobus *B* 11 ut *om. RB* 13 dioclytiano *R*, diucletiano *G*, diocleciano *v* 14 etiam impii *G* bellum christianorum inf. *B* 15 annos LX *RB*, annos prope septuaginta *G* 16 anullinus *libri* innumidia *B*, in mundicia *(corr. i. mg. m. 2) G* quod *RBv* 17 eorum—saeuiebat *om. RBv* 18 fuerat indictum *v* 19 fumabant a renidoribus *G* et qui *G* sacra *om. RB edd.* sacrilegia *libri edd. (cfr. indic.)* 20 potuerant *RB*, poterat .... cogebatur *Gb* 21 omnibus locis t. e. aut sc. *RBv* 22 a *om. RBv*

paruuli portabantur ad nefas, parentes incruenta parricidia facere cogebantur, alii cogebantur templa dei uiui subuertere, alii Christum negare, alii leges diuinas incendere, alii tura ponere. horum aliquid a Macario factum esse nec uos ipsi confingere poteritis. sub persecutore Floro christiani idolorum cogebantur ad templa; sub Macario pigri conpellebantur ad basilicam. sub Floro dicebatur, ut negaretur Christus et idola rogarentur; contra sub Macario commonebantur omnes, ut deus unus pariter in ecclesia ab omnibus rogaretur. ergo cum uideatis christianorum nullum fuisse bellum — et sine bello aliquos mortuos esse commemorat deus, cum dicit: et mortui in te, non mortui in bello — et dubios martyres posse eos esse, qui non sint uel ad sacra sacrilega prouocati uel ad inmunda incensa uel ad negationem nominis dei, et cum ad martyrium non sit transitus nisi per confessionem, quomodo dicitis martyres, qui non fuerunt confessores, aut quis eorum negare coactus est et confessus est Christum? si igitur nec martyrium sine Christi nominis confessione esse potest et nemo confessus est et in uindicta praeceptorum dei factum est, quod factum esse dicitis, et a nobis factum esse aliquid non probatis, cum id, quod factum est, et deus dixerit sic futurum esse et eius sunt uindicata praecepta: uidete, ne non solum uanum sed etiam superstitiosum sit sine bello mortuos ibi ponere, ubi sunt, qui in Christum confessi pro dei nomine mori potuerunt. aut si eos martyres esse uultis, probate illos amasse pacem, in qua prima sunt fundamenta martyrii, aut dilexisse deo placitam unitatem, aut habuisse

11 Es. 22, 2

1 paruuli] parui liberi *RBvb* cruenta *RB* 2 alii urguebantur (urgeb. . *B*) *RB*, al. urgebant *v* 3 accendere *RBv (cfr. l.* 14 ad inmunda incensa) 4 factum est *RB* uos *om. RB* 5 confringere *B* 8 commemorabantur homines ut *G* 9 unus in una ecclesia pariter *G* ergo cum—potuerunt aut (*u.* 25) *om. RBvb* 13 ad *(adscr. i. mg. m. 2) G* 25 si supra memoratos uideri martyres uultis *RBvb (cfr. lacun. u.* 9) 26 a masse *G* sunt prima *G* 27 martyrii *(add. i. mg. m. 3* martyrium) *G*

cum fratribus caritatem. nam omnes christianos fratres esse et in primo libello probauimus et in quarto procul dubio probaturi sumus. quos dicitis debere appellari martyres, noluerunt fratres agnoscere, nullam habuerunt caritatem. nec dicatur ad excusationem, quia traditoribus communicare noluerunt, cum manifestissime probatum sit eosdem ipsos filios fuisse traditorum. nulla igitur est excusatio, quia caritatem illos non habuisse manifestissime constat, sine qua nullum nec nominari potest uel esse martyrium, sine qua maxima et imperiosa uirtus caret effectu, sine qua nihil ualet omnium scientia linguarum, sine qua nihil potest etiam societas angelorum apostolo Paulo dicente: si habeam in me potestatem imperandi montibus, ut transferant se de locis in loca, et loquar omnium gentium linguis, etiam angelorum et corpus meum flammis tradam et caritatem in me non habeam, nihil sum; sed ero aeramentum tinniens in deserto, ut pereat uocis opus, ubi nullus occurrit auditus. si tanta res, si beatus Paulus, si uas electionis quamuis in imperiosa uirtute et angelorum societate pronuntiat se nihil esse, nisi caritatem habuerit, uidete, an non dicantur martyres sed aliquid [aliud] appellari mereantur, qui caritatis desertores pro eadem desertione pati aliquid potuerunt.

9. Gaudet totus orbis de unitate catholica praeter partem

12 I. Cor. 13, 1 sq.

1 omnes nos *G* 3 debere *om. G* appellare (i *s. l. m. 2*) *R*, appellare *B* quia nolùerunt *vb* 6 eodem *B* 8 nullum uel nominari *G* 9 martyrium *(adscr. i. mg. m. 2) B* 10 omnium] et omnis *RBv* (sine qua—linguarum *imo in margine posita m. 1 R*) 11 lingrum (a *s. l. m. 1*) *B* etiam nichil potest *G* 13 locis suis *G* 15 et corpus—tradam et *om. G* 16 erramentum *B* 17 ut deserto *v (corr. Cochl.)* ut] ubi *G* (*cfr. p.* 94, 8) 18 tantares . *(sic interp.) G* paulus (u *in* au *corr. uidetur m. 1*) *B* 19 in] cum *Gb* 20 pronuntians *RB* 21 dicâ *G* aliud *omissum in codd. uncinaui* 24 de unitate *om. G* catholice *G*

Africae, in qua incendium de scintilla conflatum est. ab operariis unitatis querimini nescio quae esse commissa. hoc non queritur Italia, non Gallia, non Hispania, non Pannonia, non Galatia, non Graecia, non cum tot prouinciis suis Asia. quia nihil illic fuerat emendandum, nullus illuc missus est emendator, quia nihil illic fuerat scissum, nullus illuc missus, ut ita dixerim, sartor. et hic in Africa iamdudum populo in unitate manente uestis fuerat sana, aemula manu inimici discissa est. pendebant quodammodo panni de una uestis origine et de una radice uenientes ab inuicem diuisi sunt rami. ut quid se pars parti anteponit? ut quid se super alterum pannum alter pannus extollit, cum meliorem se probare non poterit? quid enim? si dicat contemptus pannus: 'quid te tantum extollis? nonne pares creuimus, in manibus conficientium simul fuimus, apud lotorem pariter mundati sumus? inimicus nos uoluit ab inuicem excidere, aduersarius pulchritudinem nostram uoluit deformare.' in parte uestis adhuc unum sumus, sed in diuersa pendemus. quod enim scissum est, ex parte diuisum est, non ex toto, cum constet merito, quia nobis et uobis ecclesiastica una est conuersatio, et si hominum litigant mentes, non litigant sacramenta. denique possumus et nos dicere: 'pares credimus et uno sigillo signati

1 conflatuı (m *eras.* *uidetur*) *B* (confl. est ab operariis unitatis. *sic interp. v*) 2 querimoni (i *s. l. m. 1*) *R*, *loco huius uerbi in v* in qua crimina que *G*, qua *B* 3 non solum quer. *G* italia non *om. G* non gallia *om. RBv (utrumque repos. Dup.)* hyspania *B* panonia (n *s. l. m. 1*) *R* 4 galathia *G* grecia *RG*, gretia *B* 5 quia nil *B* 6 emendator—illuc missus *om. RBvd* 7 sator *(corr. i. mg. m. 2) G* 9 quodadmodum *RB* 10 ab inuicem—anteponit *om. RBvb* 11 supra *vb* (se *om. b*) 12 melior ê se (*i. mg.* lego meliorem *m. rec.*) *G*, se meliorem se probare *v* 13 ut quid tantum te *G* quid te—creuimus *om. v* 14 nonne] in oue *Gb (probante Albasp.)* in manus *G* conficientium. Simul *sq. sic interp. Cochl.* 15 pariter *om. B* 16 uoluit nos *G* excidere] scindere *G* 18 pendimus *RB* 19 ex toto conscissum. Et merito (*om.* cum constet) *Gb* (*mutauit* concisum *Bald.*) 20 quia una est et n. et u. ecclesiastica conuersatio *G* 21 tamen non *G* 22 credidimus *G* et *ante* uno *om. G*

sumus nec aliter baptizati quam uos, testamentum diuinum pariter legimus, unum deum pariter rogamus, oratio dominica apud nos et apud uos una est. sed scissa, ut supra diximus, parte partibus hinc atque inde pendentibus sartura fuerat necessaria.' et tamen huius rei artifex aut operarius dum uult uestem in antiquam faciem reuocare, uicina fila conpungit. displicet tibi sartor, qui scissuram dum sanat, uulnerat; ille tibi [magis] displiceat, qui fecit, ut sartor peccare potuisset. et quae in uos ab operariis unitatis dicitis esse commissa, aut ad parentes uestros pertinent, quorum causa facta sunt, aut ex uoluntate dei descendunt; nos autem inde alieni sumus.

10. Quid? si quamuis aspera, tamen, ut diximus, cum uoluntate dei uidentur esse commissa? legimus enim in Ezechiele propheta parietem dealbatum. cui deus comminatus est tempestatem, pluuiam et lapides petrobolos et accusationes: erunt, inquit, falsi uates, qui aedificent ruinosum parietem dicentes: pax, pax; et ubi pax? recordamini, quomodo a uobis iamdudum matris ecclesiae membra ab inuicem distracta sunt. non enim unamquamque domum semel seducere potuistis. aut abiit uxor et resedit maritus, aut parentes seducti sunt et filii sequi noluerunt, aut stetit frater sorore migrante. persuasionibus uestris diuisa sunt et corpora et nomina pietatis et non potuistis praetermittere, quod legi-

16 cfr. Ez. 13, 10

1 quam uos] *add. in Gb* nec aliter ordinati quam uos 2 legimus pariter *edd.* pariter *post* deum *om. RBv* 3 et apud nos *G* sed scissura u. s. diximus facta partibus *G* scissura *B* 4 inde *(s. l. m. 1) B* fuerat] erat *B* 8 magis *om. RBv* (*uncinaui superfluum*) ut] ubi *G* (*cfr. p.* 92, 17) 9 et *om. G* quae uos *v* 11 descendit *RB* nos tamen inde *RBv* 12 si qui si *G* ut dixi *RBvb* 13 uiderentur *G* in ezechielem prophetam *RB* ezechielo *G* 15 petrobolus (*sic*) *G*, petrouolos *RRv* (*cfr. p.* 96, 6) accusationem *v* 16 aedificent (a *s. l. m. 2*) *R*, edificant (a *corr. ex* e) *B* 17 ubi est pax *G* (*cfr. p.* 95, 2) 19 distructa *R*, destructa *B* 20 sed aut abiit *Gb* iuit uxor *RBvb* 22 suasionibus *B*, partitionibus *v* et *om. RBvb*

timum est. utique dixistis: 'pax uobiscum,' cum deus contra: pax, et ubi pax? hoc est dicere: quid salutas, de quo non habes? quid nominas, quod exterminasti? salutas de pace, qui non amas pacem. hi, inquit, aedificant ruinosum parietem. domus dei una est; qui foras exeuntes partem facere uoluerunt, parietem fecerunt, non domum, quia non est alter deus, qui alteram domum inhabitet. ideo parietem fecisse dicuntur falsi uates, in quo si ianua fuerit conlocata, quicumque intrauerit, foris est. nec lapidem habere angularem unus paries potest, qui lapis est Christus duos in se suscipiens populos, unum de gentibus, alterum de Iudaeis, qui nodo pacis iungit utrumque parietem. nam quot commoda habet domus, tot incommoda paries: domus inclusa custodit, tempestatem retundit, pluuiam diffundit, latronem aut furem aut bestiam non admittit; sic et ecclesia catholica omnes filios pacis gremio et sinu suo conplectitur; contra paries, qui est aedificatus ruinosus, nec lapidem angularem sustinet et ianuam sine causa habet nec inclusa custodit, pluuia udatur, tempestatibus caeditur nec potest arcere latronem nec uenientem prohibet furem. paries de domo est, sed domus non est; et pars uestra quasi ecclesia est, sed catholica non est. et dealbant, inquit, eum, hoc est quod uos solos sanctos aestimatis. querimini uos sine nobis aliqua esse passos; ergo

2. 4 . 22 cfr. Ez. 13, 10

1 utique legistis *B* cum] et *G* 2 pax pax et ubi est pax *G* 3 habes, quid nomines? *v* quod (i *s. l. m. 1*) nom. *R* 4 qui—pacem *om. RBv* pacem *om. b* hii . . . edificabunt *G* 5 dei *om. B* partem] parietem *G* 8 si *om. v* fuerit ianua *G* 9 foras *RB* angularem *bis pos. in R*, ungularem (*hic et l.* 17 u *init. del. et* a *corr. i. mg. m. 2*) habere *G* 10 quia *v* lapis *om. G* 11 qui] cui *v* 12 nodo] modo *B*, (*expunx. et i. mg. corr. m. 2*) *G* quod (t *s. l. m. 2*) *R*, quod *Bv* (*corr. Cochl.*) 13 in commoda *G* 14 tempestatem retundit *om. RBv* pluuiam defendit *coni. Barth.* aut feram bestiam *G* 15 sic et in *RB* 18 inclausa *Bv* pluuiis *G*, pluuiae datur *v* 20 furem] feritatem *G* paries enim res de . . . *Gb* 21 et pars—catholica non est *om. v*

constat uos solos aliqua passos, quia aliud est tempus pacis, aliud tempus persecutionis. si persecutionem putatis, dicite, quid uobiscum passae sint uniuersae prouinciae, in quibus ecclesia catholica est constituta? sed quia uindicta fuit, non persecutio, solus paries passus est, cui deus interminatus est tempestatem, pluuiam et petrobolos et accusationes. sic enim locutus est: quid aedificastis ruinam? quid dealbastis? quid linistis? hoc contra uoluntatem meam est, dicit dominus. displicent uobis tempora nescio cuius Leontii, Ursacii, Macarii et ceterorum. emendate uoluntatem dei, si potestis, qui dixit: contra parietem exurgam cum ira mea et inmittam tempestatem nimiam et pluuiam, diluuia et lapides petrobolos et percutiam parietem ruinosum et dissoluentur conpagines eius. sed ne quis uestrum dicat: si unitas bonum est, quare totiens facta durare non potuit? ideo, quia sic res ipsa a deo est ordinata, qui comminatus est tempestatem, pluuiam, lapides et accusationes, et istae quattuor res non poterant uno tempore fieri. fuit primo tempestas sub Ursacio: agitatus est paries, sed non cecidit, ut haberet pluuia, ubi operaretur. secuta est pluuia sub Gregorio: udatus est paries, sed non maduit, ut haberent lapides, ubi operarentur. post pluuiam secuti sunt lapides sub operariis unitatis: dispersus est paries, sed de fundamentis suis se iterum reparauit. iam tria peracta sunt: debentur uo-

7 & 11 cfr. Ez. 13, 13

1 aliquos (*corr. m. 1*) *R*, aliquas (*sic*) *B* 2 tempus *om. Bvb* si] ipsi *RBv* 3 sunt *RBvb* in quibus est ec. cath. constituta *G* 5 est *post* interminatus *om. G* 6 lapides petrob. *G*, 6 & 13 petrouolos *RBv* (*cfr. p.* 94, 15) accusationem *v* 7 edificatis *Gb* dealbatis *G* 8 quid linistis *om. G* lauistis *vb* est *om. G* 9 leonti ursaci *RB* 12 et mittam *G* 13 diluuia] diluentem *G* et petrouolos *v* 14 ne qui *G* 15 totius (*corr. i. mg. m. 2* totiens) *G* 17 lapidem *RB* accusationem *vb* 18 uno] in omni *v* 19 sub Urs. *om. RBvb* ursatio *G* 20 occidit *R* ubi] ut *v* secunda est *v* 21 sub Gr. *om. RBvb* 22 sub op. un. *om. RBvb* 23 disparsus (e *s. l. m. 2*) *R*, sparsus *G* paries *om. vb* de *om. Gb*

bis accusationes, sed quomodo et quando, nouit ille, cui placuit de uobis ista nuntiare.

11. Et ne aliquis de hoc intellectu dubitaret, deus addidit dicens: non sunt, quae dico, de luto aut de latere aut de pariete, sed de falsis prophetis, qui seducunt populum meum. hoc uerbum 'seducunt' uidete, cui parti conpetat. nobiscum erant omnes, nobis absentibus inruistis; sed ut haberetis, quos habere desiderastis, non potuistis nisi seducere, et quae sint uerba seductionis uestrae, omnibus notum est. uestrum est dicere: 'adtendite post uos', uestrum est dicere: 'redimite animas uestras', uestrum est dicere hominibus fidelibus et clericis: 'estote christiani'. sed cum dicitis: 'adtendite post uos,' contra euangelium facitis, ubi dictum est: nemo tenens manicam aratri post se adtendens intrabit regna caelorum. et uultis scire, quid meruit, qui post se adtendit et qui ante se? recordamini Sodomorum fugitiuos, Loth et uxorem eius: quae post se adtendens in statuam salis mutata est, qui ante [se] prospexit, euasit. quid est ergo, quod dicitis: 'adtendite post uos?' nam et cum dicitis: 'redimite animas uestras', unde illas emistis, ut uendatis? quis est ille nescio quis angelus, qui nundinas

4 cfr. Ez. 13, 9 & 10 14 Luc. 9, 62 17 cfr. Gen. 19, 26

1 ille] deus *G* cui pl.] complacuit (o *in ras. corr.*) *B* 3 aliquid *G* dubitare⌒ (*i. mg. m. 2* ⌒ tur) *G* 4 hec que *G* aut de latere *om. RBvb* 5 sedicunt (u *s. l. m. 1*) *R* 6 uerbo (û *s. l. m. 2*) *R, vb* 7 uobis absentibus *RB* inruistis] erupistis *G* 8 et ut *b* desideratis *G*, desideratis (s *s. l. m. 1 ut uidetur*) *B* 9 sint (*corr. ex* sunt) *B*, sunt (*om.* uerba) *G* 10 uestrum est d. adt. post uos] *haec uerba omissis quae sequuntur* uestrum e. d. redimite animas uestras *posita sunt post* estote christiani *G* 10 & 13 adtendite (t *s. l. m. 2*) *R*, (*sed nihil mutatum u.* 16 & 19) 15 intrauit *RB* in regna *G* 16 meruerit *G* et quid qui ante *G* 17 et *om. v* eius Molassadon *G* 18 adtendit *RBv* mutata] effecta *G* ante se *edd.* 19 est *om. B* 20 et *om. G* 21 uenatis (d *s. l. m. 1*) *R* quis est nescio qui angelus *RBvb* quis est ille angelus *G* (*utrumque contexuit Dup. scribens qua supra sunt*)

facit animarum? cum dicitis: 'redimite animas uestras,' redemptori renuntiatis, cum solus Christus sit redemptor animarum, quas ante eius aduentum diabolus possidebat. has sanguine suo Christus saluator noster redemit apostolo dicente: empti enim estis pretio magno. constat enim sanguine Christi omnes redemptos. Christus non uendidit, quos redemit, animae emptae a Christo non potuerunt uendi, ut possint, sicut uultis, a uobis iterum redimi. aut quomodo potest una anima duos dominos habere? aut numquid est alter redemptor? qui prophetae nuntiauerunt alterum esse uenturum? quis Gabriel iterum ad alteram Mariam locutus est? quae uirgo iterum peperit? quis uirtutes nouas aut alteras fecit? si nullus est praeter unum, qui redemit animas omnium credentium, quid est, quod dicitis: 'redimite animas uestras?' iam illud quale est, quod hominibus christianis, etiam clericis dicitis: 'estote christiani?' et cum miraculo quodam unicuique audetis dicere: 'Gai Sei, Gaia Seia, adhuc paganus es aut pagana?' eum, qui ad deum se conuersum esse professus est, paganum uocas, eum, qui uel a nobis uel a uobis non in nomine nostro nec uestro sed in nomine Christi tinctus est, paganum uocas — sunt enim, qui et a uobis baptizati sunt et ad nostram communionem postea transierunt — eum,

5 I Cor. 6, 20; 7, 28

1 fecit *G* cum dicitis—redemptor animarum *om. RBv* 5 pretio *om. G* enim] ergo *G* 6 quos] quod *G* 7 a *om. B* uendi] distrahi *G* 8 aut] ut *B* 9 aut] an *RB*, at *vb* 10 aut qui *G* quem proph. *RBv* pronunciauerunt? Alterum *v* uenturum] christum *G* 11 gabrihel *RB* 13 redimit *vb* 16 admiraculo *RBvb* quaedam *v* 17 audetis *om. RBvb* gaisi uel gaiseia *G* Gai sei *R*, gaise *B*] *de transpos, cfr. p.* 77, 18; 88, 4; *sequuntur hoc loco in R fol. 32*^{b} *et in B fol. 31*^{a} *1* non querebat illud—et non uultis (uultis ut *B*). *quae supra sunt* gaisei adhuc paganus *sq. leguntur in R fol. 35*^{b} *post* uindicauit finees et non uultis (*p.* 88, 4), *in B fol. 35*^{a} *1, in v p. 39* Gaia Seia *om. RBv* es *om. RBv* aut] uel *G* 18 paganeum (paganum *B*) qui *RBv* (*corr. Cochl.*) 20 nec] uel *Gvb* est *om. RB* 22 a communione nostra minime recesserunt et ut ipsos seducas paganos uocas *G* transierunt] paganum uocas eum *RBvb*

qui deum patrem per filium eius ante aram rogauerit, paganum uocas. quicumque enim crediderit, in nomine patris et filii et spiritus sancti credidit, et tu eum paganum uocas post professionem fidei. si aliquis christianus, quod absit, deliquerit, peccator dici potest, paganus iterum esse non potest. sed haec omnia uultis nullius esse momenti; ac si tibi consenserit, quem seducis, unus consensus et manus tuae porrectio et pauca uerba iam tibi christianum faciunt de christiano, et ille uobis uidetur christianus, qui quod uultis fecerit, non quem fides adduxerit.

12. Et si seductioni uestrae paulo tardius fuerit adcommodatus adsensus, etiam illa uobis argumenta non desunt, quibus quasi facile etiam nolentibus, quod uultis, suadere possitis, dum dicitis auditum esse ex ore eorum, qui iamdudum in uestro collegio fuerant, quod, qui gustaret aut acciperet de sacrificio aduentantis unitatis, de sacro gustare uideretur. non negamus ab aliquibus esse haec dicta, quos constat

1 ante horam *codd. v (corr. Cochl.)* rogauit *G* paganum uocas *transpos. post* transierunt (*p.* 98, 22) *edd. praeter v* 2 credidit *G* 3 paganum *suppl. Cochl.* 4 aliqui (d *s. l. m. 2*) *R*, aliquid *Bvb* absit unusquisque deliquerit *RBvb* delinqueret *v* 5 paganis *G* paganus —potest *om. B* esse iterum *R* 6 at si *v* tibi ipsi *vd* 9 uobis *om. B* uidetur (bi *s. l. m. 2*) *R*, uidebitur *Bvb* non quem] numquam *B*, (*corr. i. mg.* non quem) *G* 10 adduxerit] Explicit Liber Tercius Sancti Optati *G fol. 36 b; add. i. mg. m. 2* desunt nonnulla *et infra scr. m. 3* Immo exstant in fine lib. 7; *quae supra leguntur, inserta sunt in G fol. 63 b (libr. VII, c. 5), ubi imo mg. adscr. m. rec.* Transpos. ex 3. lib. *idem est ordo in C fol. 14 v — 15 a, ubi add. i. mg. m. rec.* Pars libri III in editis. *quae supra sequuntur, et hoc in loco libri III et repetita libr. VII, 5 exhibent R fol. 63 a, B fol. 66 b* 1 (*R^1B^1 uel R^2B^2 lectionum discrepantias, quae pertinent ad libr. III uel VII, numerus omissus librorum indicat consensum.*) 11 ut si *RCG*, si *om. B^2* seductionis (*sic*) *R^1*, seductionis *B^1v* 12 adsensus s *s. l. m. 1 C, m. 2 R* 13 quasi quale *R^1B^1v* ficile *B^2* 14 auditum] aut dictum *R^1B^1v* ore *om. B^2* 15 qui *om. B^1* 16 aduen*** unitate *CG* (*in utroque lacun. 6—8 litt.*) unitatis *om. R^2B^2* gustaret (t *fin. eras.*) *B^2* 17 hec dicta esse *G* hęc *R^2*

postea tota securitate fecisse, unde paulo ante populos deterrebant. sed alia ratio exegit has uoces, alia inuitauit in factum. nam ut haec dicerent, qui feruntur ista dixisse, opinio falsa eorum aures et omnium populorum conpleuerat. dicebatur enim illo tempore uenturos esse Paulum et Macarium, qui interessent sacrificio, ut, cum altaria solemniter aptarentur, proferrent illi imaginem, quam primo in altare ponerent, et sic sacrificium offerretur. hoc cum acciperent aures, percussi sunt et animi et uniuscuiusque lingua in haec uerba commota est, ut omnis, qui haec audierat, diceret: 'qui inde gustat, de sacro gustat'. et recte dictum erat, si talem famam similis ueritas sequeretur. at ubi uentum est a supradictis, nihil tale uisum est ex eo, quod fuerat paulo ante fama mentita: nihil uiderunt christiani oculi, quod horrerent, nihil probauit aspectus ex his, quibus perturbatus erat auditus. uisa est puritas et ritu solito solemnis consuetudo perspecta est, cum uiderent diuinis sacrificiis nec mutatum quicquam nec additum nec ablatum. pax a deo commendata uolentibus placuit; quare nullus eorum debet argui, qui de collegio uestro ad pacem

2 exigit R^1B^1v alias inuit. B^1v 4 aures *om.* B^2 oppleuerat $RBvb$ (opleuerat R^2) 5 esse *om.* R^1B^1v 7 proferent (r *s. l. m. 1*) *C* illic R^1B^1v 7 altare (e *perductum*) *C*, altari *G* et *om.* R^1B^1vb 8 acceperant B^2 perculsi *CGb* 9 sunt *om.* R^2B^2 et *post* sunt *om. CG* unusquisque B^1 10 haec *om.* CGB^2, hoc R^2vb audierit (a *s. l. m. 2*) *C* hoc diceret *CG* quid inde B^1, qui/inde (*lin. distin.*) B^2 inde *om. v* 12 at (t *corr. ex* d *m. 2*) *C*, ad (t *s. l. m. 2*) R^2, et at B^2 supra dic dictis (*sic*) B^2 et nihil (nichil B^1, nil B^2) RBv 13 mentita fama *vb* nichil B^1, nil B^2 14 uiderant B^2. oculi christiani R^1B^1b oculi] *sequuntur in v* non sunt (apostolum imitati *add. Cochl.*) Qui ait (*cfr. p.* 84, 3) — mandata diuina (*cfr. p.* 86, 24) quod horrerent *sq.* horrerent] hortarent B^2 nichil B^1G, nil B^2 probabit R^1v, probabit (u *s. l. m. 2*) R^2, prouabit B^1 15 ex iis *edd. praeter v* fuerat *CG* 16 solita (o *s. l. m. 1*) R^1, solita *v* perfecta R^2B^2, pers|pecta (*corr. m. 2*) *C* 17 diuino sacrificio R^2B^2 nec auditum B^1v 18 ablatum] albatum *v* a *om. v* placut (i *s. l. m. 1*) *C*

transitum fecit. qui fuerant sinistra opinione turbati, simplici ac pura ueritate firmati sunt. nec dicatur de amaro fecisse dulce aut de dulci amarum. amaritudo, quae de falsitate uidebatur fuisse nuntiata, in sinu opinionis resedit ac remansit; ueritas perspecta oculis dulcedinem suam in se habens a falsae opinionis limitibus separata est. ergo nec de amaro factum est dulce nec de dulci amarum, quia et aliud et extra est, quod est uisum, et longe fuerat, quod uidebatur auditum. quare uides te sine causa fecisse conuicium fingens pro arbitrio, quod uoluisti, ut Macarium et Taurinum lacerares. perdidisti, quod sapiens uideris, dum sensus tuos inuidia deprauauit et intellegendi tibi aditus clausit.

1 sinistra] in ista R^1B^1v opinione sinistrae (sinistre B^2) partis R^2B^2 simplicia ac B^2 2 pura (*in ras.* a *m. 2*) *C*, plura (*sic*) R^1, plura *B* purpura (*sic*) R^2, plena *v* firmati] turbati R^2B^2 dicantur *RBGvb* fecisse dulcem CR^2B^2G 3 aut] nec R^2B^2 de dulce *libri* 4 fuisse uidebatur R^2B^2 resedit ac] sed dicta (u *s. l. m. 2*) R^1, sedducta B^1, sed ditare mansit *v* (sedit ac mansit *coni. Cochl.*) 5 ueritas] *ab syll.* tas *incipit fol. 67ª 2 in* B^2, *cuius margo mutilatus nonnulla ex prima uersuum decade absumpsit, quae uncinaui:* dul[cedi]nem, habe[ns a], limitib[us], de[ama]rum, d[ul]ce, [et extra], lon[ge], [au]ditum, an[te] oculis perspecta *CG* suam *om. CGv* falsę R^2 6 limitibus *dupl. pos.* R^2 separatam (*om.* est) *v* de amarum (o *s. l. m. 2*) R^2 facta est R^2B^2 (a est *in ras.*) 7 nec dulce R^2B^2, nec de dulce R^1CB^1G qui (a *s. l. m. 2*) R^1B^1, quae R^2, que B^2, qui *v* (*corr. Cochl.*) et aliud] ęliud (*corr. i. mg. m. 2* a) *G* est et ex. est R^2B^2 8 quod uid.] quo diuidebatur (di *in ras.*) B^2 auditum] *sequuntur in* CGR^2B^2 sed ut ad (a^d *m. 1* B^2) paulo ante dicta (dictum R^2B^2) redeamus iam ad illum locum *sq.* (*cfr. libr. VII, 6*) EXPLICIT LIBER TERTIVS (*rubr.*) R^1 *fol. 36ᵇ*, Explicit liber tercius B^1 *fol.* 36ª 1, Explicit liber III *v itemque finitur in b* 9 quare uides—aditus clausit] *haec ex libr. IIII, 9 transposita, ubi excipiunt uerba* ad nos uenire uiderentur, *inde ab editione Dupiniana libri III ultima exhibentur* fecisse *om. RBv* et fingens *b* 10 arbitrio tuo *RBv* taurinum et macharium *RBv* 12 auditus *G* clausit] *add. in codd.* probatum est (*cfr. finem libr. IIII*)

LIBER QUARTUS.

1. A te nobis, frater Parmeniane, de petito milite frustra calumniam factam esse aperte dilucideque monstratum est. etiam illud disce, quod dixisti de oleo et sacrificio peccatoris, ad uos potius pertinere. non enim ille debet esse peccator, quem uos uolueritis. nam et nos uestram praesumptionem possumus imitari et dicere uos esse peccatores. sed facessat ex utraque parte praesumptio: nullus nostrum humano iudicio alterum damnet. dei est nosse reum, illius ferre sententiam. taceamus omnes homines, solus deus indicet peccatorem, cuius sacrificium sit canina uictima et cuius oleum ungi desideranti ingerat metum.

2. Huius rei apertissimam ueritatem, Parmeniane frater, agnosce. si tamen hoc nomen fraternitatis frequenter a me

11 cfr. Es. 66, 3; Deut. 23, 18; Aug. c. ep. Parm. 2, 5, 10

INCIPIT LIBER QVARTVS *(rubr.) R fol. 36* ^{b}, Incipit (I *rubr.*) Liber quartus *B, fol. 36*^{a} *1*, Incipit prefatio Liber Quartus *(rubr.) G fol. 36*^{b} *; addunt RBGvd libri IIII argumentum, quod P exhibet fol. 243*^{b} *:* In (Quart [*rubr.*] in *P*, I [*rubr.*] *B*) hoc quarto *(in lacun. add. m. 2 B)* libro (uolumine *G*, *om. RB*) indicio (iudicio *RBv*) dei ostenduntur (ascenduntur *R*, accenduntur [c *prius corr. ex* s] *B*), qui sint hoc tempore peccatores, et quia deus per Hieremiam (iheremiam *B*) prophetam Judaeis irascitur, non christianis, et quia idola (ipsi *add. G*) sunt lacus detriti, non Macarius aut Taurinus, sicuti (sicut *P*) Parmeniano uisum est. *Post haec:* Incipit Liber Quartus *(rubr.) G, v p. 45, sex fere uersus uacant in B* 2 frater nobis *RB* 3 calumnia *R* facta *RB* esse] est *RB* dilucidequae *(sic) R* 4 dixisseti (ti *s. l. m. 2) R* peccatorum *vb* 5 ille *om. RB* 6 nos] uos *B* presumptionem uestram *G* 7 sed facite *RBvb* 8 ut ex *vb* praesumptio *om. RBvb* 9 illius] iudicis est *Gv et add. in v* nosse ueram illius ferre sententiam 11 ungi—metum] uideatur esse timendum *G* 12 mètum] meritum *B* 13 rei *om. G* pmenine *B (sic saepius)*

dictum libenter audire dignaris, fac, ut tibi sit fastidiosum, tamen nobis est necessarium, ne forte iuxta probationem huius nominis tacendo rei esse uideamur. si enim tu non uis esse frater, ego esse incipio inpius, si de nomine isto tacuero. estis enim fratres nostri et nos uestri propheta dicente: nonne uos unus deus creauit et unus pater genuit? non enim potestis non esse fratres, cum omnibus dictum sit: dii estis et filii altissimi omnes. et nos et uos unum praeceptum accepimus, in quo dictum est: ne uocetis uobis quemquam patrem in terris, quia unus est pater uester in caelis. saluator noster Christus solus natus est filius dei; sed et nos et uos filii dei uno modo facti sumus, sicut in euangelio scriptum est: uenit filius dei: quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem, ut filii dei fierent, qui credunt in nomine eius. nos et facti sumus et dicimur, uos et facti estis et non dicimini, quia pacifici esse non uultis nec audire ipsum filium dei dicentem: felices pacifici, quia ipsi filii dei uocabuntur. Christus ueniens deum et hominem reuocauit in pacem: et fecit ambos unum tollens medium saepem parietis. uos nobiscum, id est cum fratribus pacem habere non uultis. non enim potestis non esse fratres, quos isdem sacramentorum uisceribus

6 Malach. 2, 10 8 Ps. 81, 6 (cfr. Ioh. 10, 34) 9 Matth. 23, 9 13 Ioh. 1, 11 & 12 17 Matth. 5, 9 19 Eph. 2, 14

1 fastidiosum—ne forte *om. v* 2 iuxta pr.] iusta probatio *v* tot probationes *Gb* 3 uideamur] iudicamur *v* si enim—esse incipio *lineola subscripta not. in G* 4 esse] ecce *B* 6 deus unus *G* et *om. d* genuit] genius *uel* genuis (s *del. et* t *adscr. i. mg. m. 2*) *G* 8 uos autem dii *G* uos et nos *G (sed cfr. l.* 12) uos sumus qui *vb*, uos qui *d* unum *om. vb* praeceptum unum *d* 9 accipimus *RB* uobis *om. B* 10 uester *om. G* 11 coelis, saluator n. Christus. Solus *vb* 12 dei *transp. ante* sumus *in v, om. b* 13 quodquod (t *s. l. m. 2*) *R*, quodquod *B*, quotq. *(sic) G* 14 eis] illis *G* 15 qui credunt i. n. eius *om. RBvb* et *post* nos *om. G* 16 uos (*om.* et) facti — n. dicimini *lineola subscr. notat. in G* 20 pari *(lacuna 3 litt., sed in mg. suppl.* etis *litt, minus claris)* uos *B* 22 iisdem *Gb*, idem *(sic) B*, eisdem *v*

una mater ecclesia genuit, quos eodem modo adoptiuos filios deus pater excepit. unde huius temporis praescius Christus, quia futurum erat, ut a nobis hodie discordaretis, talia dedit orandi mandata, ut uel in oratione unitas remansisset, ut iungerent preces, quos discrepaturae fuerant partes. oramus pro uobis, quia uolumus, et uos pro nobis, et cum non uultis. aut dicat unusquisque uestrum: 'pater meus, qui in caelis es', et 'panem meum cotidianum da mihi hodie', et 'dimitte mihi peccata, quomodo et ego debitori meo'. igitur si quae mandata sunt, mutari non possunt, uidetis nos non in totum ab inuicem esse separatos, dum et nos pro uobis oramus uolentes et uos pro nobis oratis etsi nolentes. uides, frater Parmeniane, sanctae germanitatis uincula inter nos et uos in totum rumpi non posse.

3. Iam peccator quaerendus est, cuius potuit uel oleum timeri uel sacrificium repudiari. cesset humana suspicio, utriusque partis praesumptio sileat; quis sit peccator, solus indicet deus. legimus in XLVIIII psalmo sub secundo diapsalmate spiritum sanctum dixisse: peccatori autem dixit deus. hoc loco aduertenda est tota mentis intentio et uidendum, quis sit peccator. si enim post quod lectum est:

7—9 cfr. Matth. 6, 9 . 11 . 12; Luc. 11, 2—4 19 Ps. 49, 16

2 praecisus (s *prius eras.*) *R*, preciosus *B* 4 ut *om. Rv sed sequens* uel *m. 2 corr. ita ut* uel *desit in R, idem om. B* permansisset *G*, remaneret *edd.* ut iung.—partes *lineola subscr. notat. in G* 5 preces iungerent *edd.* quas *RBv* discrepaturae *(del. m. 2) R*, discrepare *B*, discreturi *G* (quos discrepare facerent partes *coni. Cochl.*) partes] parietes *G* Rogamus pro *G* 6 et nos pro uobis *(corr. i. mg. m. 2) G* cum] quia *G* 7 pater noster *(corr. i. mg. m. 2) G* 8 et (*utrimque*)] aut *G* 9 peccata mea *G* si *om. RBv* quae emendata sunt *G* 10 uos⌒in totum *(i. mg. suppl. m. 2* non) *G* 11 pro nobis (u *s. l. m. 2*) *R* rogamus uolentes *G* 12 rogatis et si non uultis *G* oretis *vb* 13 sancta gemina uincula *RBv* 17 utrisque (u *s. l. m. 2*) *R* qui *libri*, quid *v* 18 iudicet *Bvb* XXXVIII ps. (*om.* in) *RBvb (corr. Cochl.)*, in quadragesimo nono *G* 19 diapsalmate *(lin. subscr.) G* 20 aduertanda *B* 21 qui *libri* quod *om. RBv*, postquam *b (cfr. p.* 105, 9)

peccatori autem dixit deus, uerba huiusmodi sequerentur, ut diceret: 'tulisti arma, proiecisti te castris, stetisti contra hostes in acie', timendum erat militi, quia potuit ipse uideri peccator. aut si diceret: 'conparasti merces, peregrinatus es, egisti nundinas, lucri causa quod emeras, uendidisti', timendum erat negotiatori, quia potuit ipse uideri peccator. aut si diceret: 'fabricasti nauem, struxisti funibus, ornasti uelis, opportunos, ut nauigares, captasti uentos', timendum erat nautae, quia potuit ipse uideri peccator. aut post quod lectum est: peccatori autem dixit deus, si sequerentur haec uerba: 'dissensio et scisma tibi displicuit, concordasti cum fratre tuo et cum una ecclesia, quae est in toto orbe terrarum, communicasti septem ecclesiis et memoriis apostolorum, amplexus es unitatem', si haec subsequens lectio contineret, nobis timendum erat, nos esse potuimus peccatores. cum autem dicit deus: ad quid exponis iustitias meas et adsumis testamentum meum per os tuum? tu autem contempsisti disciplinam et abiecisti sermones meos retro; sedens aduersus fratrem tuum denotabas et aduersus filium matris tuae ponebas scandalum. uidebas furem et currebas cum eo et cum adulteris portionem tuam ponebas. haec ad uos dicta sunt omnia. excusate uos ab his omnibus, si potestis.

4. A uobis enim contempta est disciplina; ut quid recitas

1 & 10 Ps. 49, 16 16 ibid. 49, 16 . 17. 20. 18.

2 ut] et *G* tulisti—peccator *(lin. subscr.) G* proiecisti castr. *RBv*, processisti de *Gb*, proiecisti te *scripsi* stetis *(sic) B* 3 in aciem *G* 5 quod' eras *(sic) B* 7 instruxisti *Gb* 9 nauite *G* ipse *om. B* aut si post *G*, aut postquam *b (cfr. p.* 104, 21*)* 11 dissentio *G* scismata *Bv* displicent *v* 12 tuo *om. G* quae est *om. G* 13 et *om. G* 15 nos esse potuimus esse *B*, nos potuimus esse *G* 16 Ut quid *G* iustificationes *G* 17 adsumis (s *s. l. m. 2*) *R* testamentum tuum *B* 19 aduersum *Rvb* denotabas] detrahebas *G* (loquebaris *Uulg. sed cfr. p.* 107, 18) 21 occurrebas *RB*, concurrebas *v* adulteris port.] mechis particulam *G* (*cfr. p.* 111, 15) 23 omnibus *om. G*

testamentum, qui testamento non seruis, in quo descripta est disciplina, quam seruare non uultis? non enim potestis dicere uos eam seruare, contra quam militatis. deus dicit: quaere pacem et consequeris eam; tu repudiasti pacem: non est contemnere disciplinam? in euangelio legitur: pax hominibus in terra bonae uoluntatis; tu nec uoluntatem bonam uis habere nec pacem: non est contemnere disciplinam? item in psalmo CXXXII legitur: ecce quam bonum est et iucundum habitare fratres in unum; in unum habitare cum fratribus non uis: non est contemnere disciplinam? Christus dicit in euangelio: qui semel lotus est, non habet necessitatem iterum lauandi; tu rebaptizando iterum lauas: non est contemnere disciplinam? deus dicit: ne tetigeritis christos meos neque in prophetas meos manum miseritis; uos tot sacerdotes dei honoribus expoliastis: non est contemnere disciplinam? Christus dicit: inde scio, quia discipuli mei estis, si uos inuicem diligatis; odio nos habetis, fratres utique uestros, nec apostolos imitari uoluistis, a quibus etiam negator dilectus est Petrus: non est contemnere disciplinam? exponis iustificationes dei et adsumis testamentum eius per os tuum. quomodo disputas: quaere pacem, cum non habeas pacem? quomodo

3 & 22 Ps. 33, 15 5 Luc. 2, 14 8 Ps. 132, 1 11 Ioh. 13, 10 14 Ps. 104, 15; I Paral. 16, 22 17 Ioh. 13, 34 20. 21 cfr. Ps. 49, 6

1 testamentum non seruas *vb* scripta est disciplinã (~ *del. m. 2*) *G* 3 seruare eam *G* seruasse *RBv* 4 consequaris *b* et tu *G* non] utique hoc *G* (*idem u.* 7, 13, 16, 20) 6—8 tu nec uol.—contemnere disc. *om. b* 8 in ipso psalmo 132⁰ *G* 9 est *om. BG* quam iocundum *G* fratres *(s. l. m. 2) R*, *om. d* in uno habitare *libri* 10 numquid non est *G* 12 iterum necessitatem *vb* 13 dixit *G* 14 christianos meos *v* 15 manum miseris *G* honor. spoliastis *G* 17 unde *v* 18 uos odio nos *Gb* 21 adsumis (s *s. l. m. 2*) *R* eius *om. v* 22 disputas] dicis *d (fortasse legendum* dicere potes, *cfr. l.* 2) cum tu non *vb* hab. pacem testamentum non seruas *RBv* (*desunt* recitas et testamentum *et* in quo descr. e. disciplina *p.* 107. 1. 2) quomodo *addidi*

testamentum recitas et testamentum non seruas, in quo descripta est disciplina?

5. Electi estis, qui sedentes populum doceatis, et detrahitis nobis utique fratribus uestris. quoniam, sicut supra dixi, una nos mater ecclesia genuit, unus nos deus pater excepit, et tamen scandala contra nos ponitis mandando singulis, ne nos salutent, ne a nobis dignationem accipiant. considerate uerba superbiae uestrae, considerate tractatus, considerate mandata, actus quoque uestros reuoluite et inuenietis oleum uestrum timuisse, qui rogabat. nullus uestrum est, qui non conuicia nostra suis tractatibus misceat, qui non aut aliud initiet aut aliud explicet. lectiones dominicas incipitis. et tractatus uestros ad nostras iniurias explicatis; profertis euangelium et facitis absenti fratri conuicium; auditorum animis infunditis odia, inimicitias docendo suadetis, haec omnia dicendo contra nos scandala ponitis. ergo unicuique uestrum dictum est: sedens aduersus fratrem tuum denotabas et aduersus filium matris tuae ponebas scandalum. dum peccatorem arguit et sedentem increpat deus, specialiter ad uos dictum esse constat, non ad populum, qui in ecclesia non habent sedendi licentiam. uides ergo procul dubio uobis inputari debere, cum dicit deus: sedens aduersus filium matris tuae ponebas scandala. unam matrem nos habere iam totiens conprobaui nec uos negare

17 & 22 Ps. 49, 20

1 testamento non seruis *G (sed cfr. p.* 106, 1. 2); *hic est ordo in d:* testamentum recitas—est disciplina: quomodo dicis—habeas pacem (*p.* 106, 21) 3 electi] lecti *coniec. Casaub.* (i. e. 'scriptum est de uobis') 8 tractatus mandata *RBv* 9 actusque *B* et *om. RBvb* et inuenietis—qui rogabat *del. Dup. quae non cohaererent cum praecedentibus aut sequentibus* 11 aut *om. Gb* 12 initet *v* (*scrips. Cochl.* mutet) aut] et *Gb* 15 animas infigitis *RBv* odio *v* inimicitias suadendo (docetis *add. Barth.*) docendo suadetis *v* 18 denotabas] detrahebas *d (cfr. p.* 105, 19) 19 dum peccatorem—ponebas scandala (*u.* 23) *om. G* dum *om. RBv* 21 habet *edd. praeter v*

potestis qui contra nos scandala ponitis, dum aliqui uestrum et non intellectas proferunt lectiones, ut auferant etiam illud, quod inter omnes solet esse commune, salutationis uidelicet officium. nam et uos ipsi aliqui in perfunctoria salutatione oscula denegatis solita et docentur multi, ne aue dicant cuiquam nostrum, et uidentur sibi hoc de lectione, sed non intellecta mandari ignorantes, de quibus apostolus hoc dixerit: cum his nec cibum capere; aue illi ne dixeritis; serpit enim eorum sermo uelut cancer. dixit hoc de haereticis, quorum coeperat illis temporibus uitiosa esse doctrina, qui subtili seductione uerborum morbis obscure serpentibus corrumperent fidei sanitatem: ut Marcion, qui ex episcopo apostata factus inducebat duos deos et duos Christos, ut Praxeas, qui argumentabatur patrem passum esse, non filium, ut Ualentinus, qui conabatur carnem Christo subducere. horum est sermo, qui habuit cancer ad fidei membra uexanda. talis sermo est et Scorpiani haeretici, qui negabat debere esse martyria. sed uenena sua sibi seruent nec eorum relatio auditorum intellectus simplices uel leuiter uexet. huius igitur

8 I Cor. 5, 11; II Ioh. 10 9 II Tim. 2, 17

2 et & etiam *om. G* 3 quo *B* omnes homines *Gb* 5 oscula solita denegatis *Gb* ne nos salutent ne uel aue *G* 6 cuique *v* 7 mandare *RBvb* hoc *om. G* 8 aue illi—uelut cancer *om. G* 9 serpi (*lacuna 4 litt.*, tur *eras. uidetur*) enim *B* de (*s. l. m. 2*) *R* 10 ceperat *BG* 12 conrumperent (r *s. l. m. 2*) *R* Marchion *G* 13 et duos scriptos (χ *s. l. m. 2*) *R*, et duos scriχptos *(sic) B*, et duos scriptos *v* 14 ut] aut *B* Praxeas] ebion *RB*, hebion *Gb*, simon *v; pro Ebionis nomine Balduino iam suspecto Praxeae, qui haereseos supra laudatae auctor perhibetur, nomen restituit Dupin. intercidisse aliqua arbitratus uelut:* ut Ebion, qui Christum dicebat esse merum hominem *(quae quidem postea Photino adsignantur p.* 109, 6), ut Praxeas, qui argumentabatur *sq.* quem arg. se patrem esse (*om.* passum) *v* 15 sub Chr. subd. *B* 16 quem h. cancer *G*, qui h. cancrum *vb* 17 talis est et sermo *G* Corpiani *RBvb*, Scaepiani *Albasp. ex cod. Tiliano scr.* negat *G* 18 sed] et *b*, scilicet *d* serpent *RB*, serpant *v*, seruet *b* ne eorum elatio *G*

sermo est, qui uitandus est, ne serpat sicut cancer. dictum est hoc et de Ario, qui conabatur docere filium dei ex nullis substantiis factum esse, non ex deo natum; cuius doctrina, nisi in Nicaeno concilio a trecentis decem et octo episcopis dissiparetur, pectora multorum sicuti cancer intrauerat. dictum est hoc de Photino praesentis temporis haeretico, qui filium dei ausus est dicere tantummodo hominem fuisse, non deum. potuit hoc et de uobis dici, quia uester sermo animis et auribus aliquorum non leue intulit cancer. uester enim sermo est, quem ad pacis filios habetis, dum dicitis: 'peristis, adtendite post uos; peribit anima uestra; quamdiu uos tenetis?' sic fecistis de fidelibus paenitentes, sic mortificastis in sacerdotibus honores. ecce et uester sermo est, qui serpit uelut cancer hodie, ut salutatio et conuictus prohibeatur. noster sermo quid tale facere potuit, qui simplici doctrina filios pacis retinemus, non alienos seducimus nec quemquam exterminamus? manifestum est igitur uos contra nos cotidie scandala ponere et longum est percurrere omnes modos, quibus nobis detrahitis, et omnia genera, quibus scandala ponitis.

6. Nam et cum dicit: uidebas furem et concurrebas cum eo, de qua re hoc putatis dictum esse? numquid de subducto uestimento aut de inuolato gremio aut de aliquibus rebus, quae ablatae uel lucra uel damna inter homines

10 cfr. IV, 11 20 Ps. 49, 18

1 serpiat (i *perduct. m. 2*) *G* 2 hoc *(s. l. m. 1) B* arrio *RBvb* 3 doctrinam *R,* doctrina/ñsi (*distinx. et ~ add. m. 2*) *B* 4 in *om. Gvb* niceno *libri* a CCCXVIII *G* decim (e *s. l. m. 2*) *R,* decim *B* 5 peccata (tor *s. l. m. 2*) *R,* peccatoz *(sic) B* 6 fotino *libri* 7 non et deum *G* 8 quia et *G* sermo uester *BG* 9 leuem *RBvb* cancrum *vb* 10 haberetis *B* peristis] perdistis *v* (*adn. Cochl.* perditi estis) 11 post nos *v* periuit *G*, periit *b* 13 uelut] sicut *G* 14 salutationes *vb* conuentus *G* prohibeatis *vb* 16 exterminauimus *G* 17 cotidie *om. G* 18 ponitis *v* et longum—scandala ponitis *om. v* 19 genera *om. RB* 20 et (*utrimque*) *om. G* 21 putatis hoc *G* 22 aut inuiolato (*om.* de) *G (sed cfr. p.* 110, 5. 17) uiolato *(ante* u *eras.* i) *B* 23 aut lucra aut damna *G*

faciunt? equidem sunt et ista prohibita; sed in hac lectione illa furta increpat deus, quae sibi sunt facta. quaeritis, quae furta sunt deo facta? apud uos inueniuntur. possessio dei est turba fidelium, ex qua cotidie fur diabolus cupit aliquid inuolare, qui christiani aut christianae uult uel mores ex aliqua parte corrumpere et si non totum hominem sed quodcumque de homine rapere. talem furem cum uideatis contra nos uim facere, uestris operibus adiuuistis; nam neminem fugit, quod omnis homo qui nascitur, quamuis de parentibus christianis nascatur, sine spiritu inmundo esse non possit, quem necesse sit ante salutare lauacrum ab homine excludi et separari. hoc exorcismus operatur, per quem spiritus inmundus depellitur et in loca deserta fugatur. fit domus uacua in pectore credentis, fit domus munda; intrat deus et habitat apostolo dicente: uos estis templum dei et in uobis deus habitat. et cum deo unusquisque plenus sit, de quo fur diabolus aliquid inuolare contendit, uos rebaptizando exorcizatis hominem fidelem et dicitis deo habitanti: 'maledicte, exi foras', ut conpleatur, quod a deo dictum est per Ezechielem prophetam: et maledicebant mihi in populo meo propter plenam manum hordei et buccellam, ut occiderent animas, quas non oportuit mori, dum adnuntiant populo meo uanas seductiones. audit

15 I Corr. 3, 16 20 Ez. 13, 19

2 deus qui (ae *s. l. m. 2*) *R*, qui *B* queritis quare furta sint *G* 4 ex quo *RB* 5 & 17 inuiolare (i *med. del. m. 2*) *G* qui *om. RBv* qui in quouis christiano aut christiana *sq. G*, *(om.* qui*) b* 7 rapere] sapere *RB* cum contra nos uultis facere *G* contra nos eum facere *v* 10 spiritu mundi *RBvb*, sp. in mundo *G (cfr. l.* 13) posse *libri* 11 necessit sit *(sic) B* ante sęculare *RB* 13 repellitur *G* 14 deus intrat *(add. transpos. signo) B* 16 inhabitat *G* 17 de quo] unde *G* rebaptizandos (s *eras.*) *R*. 19 maledicti (e *s. l. m. 2*) *R*,*B* compleretur *G* 20 per prophetam dicentęm *RB* 21 propter—buccellam *om. G* plenam] *Cochl. add.* propter pugillum hordei et fragmen panis, *quae sunt in Uulg.* bucellam (c *s. l. m. 2*) *R*, buscellam *B* 22 occideret *G* 23 dum—seductiones *om. RBvb*

ergo deus iniurias non sibi debitas et huiusmodi habitaculum deserit; et homo, qui deo plenus in ecclesiam intrauerat, egreditur uas inane. diabolus, qui uolebat quasi fur aliquid inuolare, adiutus operibus uestris uidet totum suum factum esse, unde uolebat paululum aliquid tollere. ergo de uobis dixit deus: uidebas furem et concurrebas cum eo. denique in euangelio sic scriptum est: cum autem deus deseruerit hominem, remanet uas inane, spiritus autem inmundus errans per loca deserta ieiunus dicit: domus mea uacua est — hoc est dicere: qui me excluserat, exclusus est — reuertar illuc et habitabo; et adducit secum alios septem saeuiores et habitabit illic et erunt hominis illius peiora nouissima, quam quod fuerunt prima. hoc est: uidebas furem et concurrebas cum eo et cum moechis particulam tuam ponebas. haereticos dicit moechos et moechas ecclesias illorum, quas aspernatur et repudiat Christus in canticis canticorum, quasi dicat: quid mihi conligitis non necessarias? una est dilecta mea, una est sponsa mea, una est columba mea, id est catholica, in qua et uos cum esse possetis, rebaptizando inter moechos particulam habere uoluistis. et quoniam uos esse peccatores diuino testimonio manifestissime conprobatum est, etiam illud ostensum est tua auxilia contra te militasse; in auxilium enim addideras pro-

6 & 14 Ps. 49, 18 7—14 Matth. 12, 43—45 19 Cant. 6, 8

2 in ecclesia *Gv* 3 egredietur *G* aliquid *(imo i. mg. script. et repetit. in fol. seq.) G* 4 inuiolare *(corr. sicut p.* 110, 5)de homine *G* esse factum *G* 5 de *om. G* 6 et *om. G* currebas *Gb* 7 sic *om. RB* 10 dicet *RBvb* 12 alios *om. G* seniores (u *s. l. m. 2*) *G*, nequiores *coni. Cochl.* habitauit *RB* 13 quam fuerint *G* quam quae *b* 14 et currebas *(sed cfr. l.* 6*) G* 15 moechis] mestis *B (sic et infra); sed cfr. p.* 105, 21 17 quas et asp. *G* 18 necessaria *G* 21 mechos hereticos *G* 22 manifestissime *om. G* 23 ostensum (*om.* est) *G* tua] tu *B* 24 enim] meum *v* addideras] adduxisti *G*, adduxeras *edd. praeter v*

phetam, in quo lectum est: sacrificium peccatoris, quasi qui uictimet canem. iam peccatores uos esse, si pudor est ullus, cum dolore cognosce.

7. Etiam illud disce, cuius uox sit: oleum peccatoris non ungat caput meum. tu enim non intellexisti, cuius haec uox sit, utique Christi, qui necdum unctus fuerat, cum rogaret, ut oleum peccatoris non inquinaret caput eius. haec tu non intellegens dixisti: quia Dauid propheta timuit oleum peccatoris. a Samuele iamdudum perunctus fuerat, qui cantabat; non fuit ratio, ut iterum ungeretur, ergo uox est Christi dicentis: oleum peccatoris non ungat caput meum. preces sunt, non iussiones, desideria sunt, non praecepta. nam si iussio esset, diceret: oleum peccatoris non unget caput meum. uox igitur est filii dei iam tunc metuentis oleum peccatoris incurrere, id est cuiusque hominis, quia nemo est sine peccato nisi solus deus. ideo filius eius timuit oleum hominis, quia foedum fuerat, ut deus ab homine ungeretur. ideo deprecatur patrem, ut non ungatur ab homine, sed ab ipso deo patre. petit ergo filius; uideamus, an

1 Es. 66, 3 4 & 11 Ps. 140, 5 9 cfr. I Reg. 16, 13

1 letum est *B* 2 uos peccatores *G* si ullus est pauor cum pọdore (*corr. i. mg. m. 2* u) *G* 3 cognosce] recognosce *d* 5 unguạt *m. 2 R* (*idem l.* 11, 14), impinguet *G* (*hic psalmi locus in edd. et argumentum c. 7 praemissus* ungat *exhibet, quod ipso capitis initio uerbo* inpinguat *uariatur*), unguet *v*, unget *b* 6 cum] dum *G* 7 rogaretur *B* ut *om. RB* non impinguet *G*, impinguaret *edd.* 8 qua (i *s. l. m. 2*) *G* 9 perunctus] puero dei unctus *G*, puer unqtus *b* 10 & 18 ungụeretur *m. 2 R* est uox *G* 11 unguet *v*, unget *b* 14 ungat *Bb*, impinguet *G*, unguat *v* est igitur filii (*om.* dei) *G* filius *B* igitur est—aestimatur in idolo uirtus (*p.* 115, 13) *hoc loco omissa in v (p. 50) sed p. 52 inserta lib. V, 1 (p.* 119, 3*) post uerba* Iudaeorum. Et cum, *ita ut sequantur* est igitur filii dei *sq.* metuentis] tuentis *R* met. ne homo eius oleum peccatoris incurreret *G* 15 incurrerunt *v* cuiuscumque *G*, eiusdem *v* 16 est qui non est peccator *RBv*, nemo non est peccator *b* 17 erat *Gb* 18 precatur *G* patrem (*s. l. m. 1*) *B*, *om. G* 19 deo] domino *RBvd* petit] perit *B*

consenserit pater. hoc spiritus sanctus indicat et manifestat in psalmo XLIIII, ubi ait ad ipsum filium: unget te dominus deus tuus oleo exultationis aliter a consortibus tuis. consortes fuerant Iudaeorum sacerdotes et reges, quos singulos unctos ab hominibus constat. sed quia filius a patre, deus a deo erat ungendus, secundum quod filius petiit et spiritus promissa nuntiauit, conpleuit pater in Iordane; quo cum ueniret filius dei, saluator noster, ad Iohannem ostensus est his uerbis: ecce agnus dei, hic est, qui tollit peccata mundi. descendit in aquam, non quia erat, quod in deo mundaretur, sed superuenturum oleum aqua debuit antecedere ad mysteria initianda et ordinanda et inplenda baptismatis; lotus cum in Iohannis manibus haberetur, secutus est ordo mysterii et conpleuit pater, quod rogauerat filius et quod nuntiauerat spiritus sanctus. apertum est caelum deo patre ungente, spiritale oleum statim in imagine columbae descendit et insedit capiti eius et perfudit eum: oleum digestum est, unde coepit dici Christus, quando unctus est a deo patre; cui ne manus inposita defuisse uideretur, uox audita est dei de nube dicentis: hic est filius meus, de quo bene sensi, hunc audite. hoc est

2 Ps. 44, 8 9 Ioh. 1, 29 15 cfr. Matth. 3, 16 20 Matth. 3, 17; Luc. 9, 35; II Petr. 1, 17

2 in quadragesimo et quarto psalmo *G* ad suum fil. *G* te deus deus *(sic) G* 3 aliter a] pre *G* (*ut est in Uulg.*) 6 deus adeo *B* 7 petit *codd.* et *om. d* promissa *om. v* compleuit et *G*, et compl. *d* 8 quo] qui *RBv* uenisset *b* noster *om. B* 9 his uerbis *et* agnus dei hic *om. G*, *sed i. mg. ad* ostensus ⌃ *adn. m. 2 haec:* ⌃ populis his uerbis dicens Ecce agnus dei, *sed saepius perduxit m. 2* 10 in aqua *RB* 11 sed uenturum *vb* 12 ad ministeria *RBv* (*cfr. l.* 14) et *ante* ordin. *om. G* 13 baptismatis locus (*sic*), cum *v* 14 ordo ministerii *RBv* 15 nui*tiauerauerat *(sic, in ras.) B* 16 in imaginem *R*, *(coniunct.) B* 17 et sedit *RBv* perfudit eum et digesta est *RBv*, perfudit oleum et digestum est *G*, perfudit eum unde *b*, perfudit oleo unde *d*, perfudit eum: oleum digestum est *scripsi* 18 unde] unctus *v* dici *om. RBv* 19 cui nec *B* m. impositio *Gbd* 20 hic—audite *lineol. subscr. in G*

igitur, quod lectum est: oleum peccatoris non ungat caput meum. rationem ueritatis, frater Parmeniane, uel sero addisce, quoniam nunc tempus est inuenire discendi.

8. Et illud, quod in Salomone propheta lectum esse dixisti: filios adulterorum inconsummatos, et spuria uitulamina altas radices dare non posse, hoc et simpliciter dictum esse intellegi potest. unde si figuram facias, ueros adulteros excusasti. sed fac, ut figuraliter dictum sit: hoc de haereticis dictum est, apud quos sunt sacramentorum falsa conubia et in quorum toris iniquitas inuenitur, ubi in exterminium fidei corrupta sunt semina. dum Ualentinus filium dei in phantasmatis, non in carne fuisse contendit, fidem suam suorumque corrupit. natiuitatis eorum semen exterminatum est, qui non crediderunt filium dei in carne natum de uirgine Maria et passum in carne.

9. Nam et illud, quod in Hieremia propheta te legisse commemoras, exhorruisse caelum, quod duo maligna fecerit populus dei, ut derelinquerent fontem aquae uiuae et foderent sibi lacus detritos, qui non possent aquam continere: legisti quidem, sed, ut se res habent, intellegere noluisti; studio criminandi ad conuicium catholicorum cuncta

1 Ps. 140, 5 5 Sap. 3, 16; 4, 3 18 Hier. 2, 13

3 quoniam] quam nunc *v* tempus discendi inuenisti *G*, tempus inu. disc. *d*, non est tempus *uel* nunc non tempus est iuuenile discendi *coni. Casaub.*, tempus est inuenisti discendi *b* 4 in psalomone *B* lectum est (*om.* dixisti) *G* 5 filios] oleum peccatoris et adulterorum in consummatos (s *fin. exp.*) esse *G* consummatos *RB*, consumatis *v* uitulamine (e *perdux. et in mg. adn. m. 2* a) *G* 6 alta *B* 7 ueros] ũros *G* 8 sit *om. G* 9 sacramentum (*sic*) *B* falsa conuiuia *G* 10 toris] choris *vd* (*sed cfr. libr. Sap. III, 16*) inter exterminum (*corr. s. l. et i. mg.* in *add. m. 2*) *G* 12 in fantasmate *Gb* 13 conrupit (r *s. l. m. 2*) *R*, corrumpit *G* est exterminatum *G* 14 incarnatum de Maria uirgine *G* 15 ma|maria *B* 16 quod iniheremia (*sic*) *B* propheta *om. G* 17 commemorasti *Gb* 18 populus dei fecerit *vb* 19 foderunt *G* possunt *G* aque *B* 20 res se habet *G* habet *b*

conponens multum ad arbitrium tuum declinare conatus es. si enim putas per prophetas sic dicta esse omnia, ut ad tempora nostra pertineant, excusasti Iudaeos, de quibus haec dicta esse constat, qui dimiserunt deum uiuum, deum uerum, deum, qui illis beneficia praestitit, et fecerunt sibi idola, hoc est lacus detritos, qui non possunt aquam continere. in deo perennis maiestas exundat, sicut in fonte aqua largiter fluentibus uenis exuberat: idola uero si non fiant, non sunt, et lacus si non fodiantur, sinus capaces habere non possunt; lacus sine arte et ferramentis cauari non potest nec idolum sine artifice fieri potest. in idolis uirtus naturalis nulla est, sed hominum errore adiungitur et adplicatur; aestimatur in idolo uirtus, quae illic nata non est: lacus est arte detritus, cuius fabrica uexatio est, ut aquam nec de se habeat et acceptam continere non possit; sic et idolum nec de se est

5 cfr. Hier. 2, 13

1 declinare] destinare *RBv* es *om. G* 2 putas ⌒ prophetam sic dictum esse ut omnia ad temp. (*i. mg. m. 2* ⌒ per) *G* 3 excusa tu *RBvb* (*sed cfr. p.* 114, 8) 4 deum unum (*i. mg. m. 2* uiuum) *Gv* uerum deum *om. G* 5 in illis *B* prestiterat *G* 6 possent *G* in deo] ideo *RBvb* 7 maiestas exundat] male destans exultant *RBv* (defluens *pro* destans *coni. Cochl. et pergit* exultat), perennes mare detestantes exultant *coni. Barth.* fonte qui largiter fluentibus *Gd* 8 exuberant *RBv* (*recepi, quae proposuit Casaub.*) fiat (n *s. l. m. 2*) *R* non sum *B* 9 lacus nisi *RBv* fodeatur (*sic*, i *s. l. m. 2*) *Rv*, fodeatur *B* potest *vb* 10 possunt *G* idolūs (*corr. m. 2*) *R* 12 sed meror hominum (hom. meror *v*, h. errore *Cochl.*) adiunguntur et applicantur *RBv* aestimantur idola uirtus *v*, aestimatur in illo uirtus aquae quae . . *coni. Casaub.* in *om. RB* in idola *G* 13 uirtus] iustus *siue* uistus *B*, *sequuntur in v* haec initio dictionis tuae tractaueras (*cfr. p.* 119, 3 *et transpositionis initium p.* 112, 14) afte] iste *d* (*quod iam suaserat Casaub.*) 14 fabrica uexationes ut *RB*, f. uexatione *v* (*corr. Cochl.* uitiata est), f. uexatio est *Gb*, cuius si fabrica uitiata est aquam nec habeat *coni. Casaub.* ut aquam—nihil est *om. b* de habeat (*om.* se) *R*, (*coniunct.*) *B*, de se *om. v* 15 accepta *RB* posse *RB* deest (*om.* se) *B*

KIRCHENVÄTER-KOMMISSION
Österreichische Akademie der

aliquid et, dum colitur, nihil est. hoc est, quod dixit deus, duo mala fecisse populum suum, quia dereliquerunt fontem aquae uiuae et effossos ac detritos sibi fecerunt lacus. etenim Iudaeorum populus deseruerat ueram aquam, non nouerat maiestatem dei et idolorum inquinatam sectatus fuerat religionem. hoc est, quod dolet deus, hoc est, quod dicit caelum exhorruisse. nam et per Esaiam prophetam idem dei dolor est, dum in hoc duo testatur elementa, dum dicit: audi, caelum, et percipe auribus, terra: filios generaui et exaltaui, ipsi autem me dereliquerunt. quare non de hac lectione aliquid, frater Parmeniane, dixisti? an quia hic non est aqua nominata? intellegeris enim studio criminandi sic pulsasse legem, ut, ubicumque aquam scriptam legeris, praestigiis quibusdam ad inuidiam conligeres, et euerriculo quodam malitiae argumentorum intexto ad te omnia, quae sunt bona, traxisti. nam qualis est tuus intellectus in hoc capitulo Hieremiae, cum clamet deus se desertum esse et sic effossos lacus — pro se irascitur, non pro re sua; aqua enim baptismatis res dei est, non deus — et si putatis desertos esse, quando apud uos fuerunt, qui apud nos baptizati sunt, ut merito uestri desertores ad nos uenire

2 & 17 cfr. Hier. 2, 13 9 Es. 1, 2

2 quod se (*loco* quia) derelinquerent *G* quia se reliquerat *b* 3 defossos *G* (*sed cfr. l.* 18) 4 ueram quam nouerat *G*, ueram quam non nouerat *b* 5 dei *om. Gb* et *om. v* secutus *Gb*, sec/catus *B* fuerat] est *RB* 7 caelum *om. RBv* deus exhorruisse *v* ysayam *B* prophetam *om. Bvb* idem] id ē (*ligat. m. 2*) *G* 8 dolores dum *RB* dicit] ait *edd.* 10 derelinquerunt *G*, (n *med. del.*) *B* 11 aliquid *om. G* 12 aqua nominata non est *G* intelligeres (*sic*) *G* 13 sic palpasse *Gb* ubique *B* scriptum *RBv* 14 collegisse *libri, v* (*natum fortasse ex* collegisses), colligeras *b* et curriculo *RBv* 15 quodam maliciae quodam arg. *B* 17 iheremie *B* clamaret *b* deus sede⌣sertum (*ligauit m. 2*) *B* 19 si uos *G* et si putatis—uiderentur *om. b* 20 apud nos fuer. *BG* qui] quia *R*, quia *B* 21 ut *om. d*

uiderentur? probatum est ergo te non contra nos, sed contra uos dixisse, quod a te dictum est de oleo et sacrificio peccatoris.

1 uiderentur] *sequuntur in libris et in vb quae Dupinius l. III suprema uindicauit* quare uides—aditus clausit | (*cfr.* p. 101, 9) *et excipiunt quae supra sunt* probatum est *sq.* 2 quod ante dictum *Bv* sacrificio altaris *B* 3 peccatoris] EXPLICIT LIBER QVARTVS (*rubr.*) *R fol.* 42 b, Explicit liber quartus *B fol.* 42 b 1; Amen . Explicit . liber . Quartus *G fol.* 42a

LIBER QUINTUS.

1. Traditores legis qui fuerint et auctores scismatis, in primo libro manifestissimis documentis ostendimus, et apud nos esse unam ueram ecclesiam catholicam secundo monstrauimus; tertio uero probauimus, quae aspere facta esse dicuntur, ad nos minime pertinere et uos magis peccatores esse indicio diuino docuimus. iam de baptismate hoc loco dicendum est; in qua re, quae nunc agitur, quaestio tota consistit, quod baptisma uestra uiolauit audacia, dum id uoluistis iterare, quod semel mandauit Christus esse faciendum. quod nec tu negas, frater Parmeniane, quia in principio tractatus tui multa contra uos pro nobis, quae sunt nostra, dixisti.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI QVINTI *(rubr.) R fol. 42* ^{b}, Incipiunt capitula libri quinti *B fol. 42* ^{b} 1, Incipit praefatio in Quintum Librum *G fol. 42* ^{a}*; addunt RBGvd libri V argumentum, quod exstat in P fol. 243 :* In hoc quinto (Quintus [*rubr.*] hoc quinto *P*) libro (libello *G*) ostenditur quia (qui *v*, quid *i. mg. Cochl.*) in baptismate homines operantur et quia deus lauat et Christus eius dat quod in baptismate accipitur (accepitur *P*) et quia rebaptizati regnum dei possidere (*om. RBv*) non possunt (possidebunt *RBv*) et quia perdiderunt uestem nuptialem (et quia perdid. u. nupt. *om. PRBv*) INCIPIT LIBER QVINTVS *R*, Incipit liber quintus *B*, Explicit| Incipit liber Quintus Sancti Optati *G* 2 traditores] Nam et (*utrumque om. b*) qui fuerunt (fuerint *b*) traditores et auctores (*om.* legis qui f.) *RBvb*, *quae uerba* — hoc loco dicendum est *ad argumentum referuntur in v ita ut incipiat lib. V:* Inquire (*pro* in qua re) quae nunc agitur *v*; *sed Casaub. eo inprimis uexatus quod huius libri initio primi secundi tertii libri fit mentio, quinti adnuntiatur argumentum, quartus prorsus neglegitur, libr. V ordientem facit uerbis libr. IIII claudentibus:* Probatum est ergo—peccatoris *et addit* libro quarto. Iam et qui fuerint traditores *sq.* 4 et ueram *Gb* 5 aspera *RBv* 7 iudicio *Bv* 8 est *om. B* in qua re] inquire *v* 10 iterari *G* esse faciendum *om. RBvb* 11 quia] qui *G* in *om. G* 12 pro uobis *RB*

commemorasti enim in conparatione baptismatis semel factum esse diluuium et unam circumcisionem fuisse ad populum Iudaeorum. et cum haec initio dictionis tuae tractaueris, in processu tractatus tui tamen horum inmemor factus es inducendo duas aquas et argumentis de aqua uera et falsa dicturus principium sermonis tui insipienter praestruens ordinasti; infirmando confirmas sancti baptismatis unionem, de circumcisione Iudaica quasi fundamentum iactare uoluisti, quod baptisma christianorum in Hebraeorum circumcisione fuerat adumbratum; defendisti catholicam, dum inpugnas. etenim in progressu tractatus tui alterum te inanire professus es, ut alterum replere uidereris. extra haereticorum baptisma dum dicis alterum et alterum, licet diuersa ostendere conatus sis, non possis negare, quia duo sunt; ex quibus dum conaris auferre alterum, laborasti, ut de secundo quasi primum facere uidereris. circumcisio autem ante aduentum baptismatis in figura praemissa est et a te tractatum est apud christianos duas esse aquas; ergo et apud Iudaeos duas circumcisiones ostende, alteram meliorem, peiorem alteram. hoc si quaeras, non poteris inuenire. Abrahae prosapia, qua Iudaei censentur, hoc sigillo se insigniri gloriantur. ergo talis debet ueritas sequi, qualis eius imago praemissa est. nam et deus, qui uoluit ostendere rem singularem post esse debere insequente

1 cum memorasti *G* 2 apud populum *Gb* 3 *post* haec *leguntur in v. p. 52 quae libr. IIII, 7 omissa sunt* igitur filii dei—aestimantur idola uirtus (*cfr. p.* 112, 14) haec in principio initio *G* distinctionis *B* male (e *corr. ex* o *R*) tractaueris *RB*, late tr. *b*, male tractaueras *v* 4 tamen *om. Gb* 5 et argumentis] lethargo mentis *Cochl.*, argum. *om. d (sed cfr. indic.)* 6 tui *om. G* praestringens *RB*, praesciens *v*, perstruens *b* 7 confirmans *G* 8 circumcisionem (m *fin. del. m. 2*) *G* iacta reuoluisti *B* 9 quod] quia *G* 11 sed enim *RB* in processu *G* te *om. B* 12 baptismata *Gvb* 14 quia duo] qui ad uos *B* 15 auferrū *(sic) B* 16 autem *et* aduentum *om. RBv*, autem *om. b* 20 prosapia] pro sapiẹn̦ti̦a *(del. et* a *s. l. scr. m. 2) R*, pro sapientia *Bv* (prosapiam *Cochl.*) qua] qua (i *s. l. m. 2*) *G* 21 tales (i *corr. m. 2*) *R*, tales *B* 23 rem *(in ras.) G*, *om. Rv* postea debere esse *G*, postea esse debere *b* sequente *RB*, in sequente *Gv* insequente ueritate *om. b*

ueritate, non de auricula, non de digito uoluit aliquid tolli, sed ea pars corporis electa est, unde peritomen semel ablatum salutare in illis faceret signum, quod non potest iterum fieri. semel enim factum seruat salutem; si iterum fiat, potest adferre perniciem. sic et baptisma christianorum trinitate confectum confert gratiam; si repetatur, facit uitae iacturam. quid tibi igitur placuit, frater Parmeniane, rem singularem proponere et contra hanc licet diuersa duo baptismata conparare, unum uerum, alterum falsum? sic enim postea disputasti duas aquas esse, [cum] uobis unam uindicans ueram, alteram nobis mendacem adscribere uoluisti. post hoc etiam cataclysmi fecisti mentionem; erat quidem imago baptismatis, ut inquinatus totus orbis demersis peccatoribus lauacro interueniente in faciem pristinam mundaretur. sed qui postea dicturus eras extra haereticorum morbidos fontes esse etiam aliam aquam, id est mendacem contra ueram: ut quid cataclysmum, quod semel fuit, commemorare uoluisti? si ita est, ostende prius duas arcas etsi non similes et duas columbas dispares diuersos ramos ore suo portantes, si aquam ueram et falsam probaturus es. aqua igitur sola et uera illa est, quae non de loco, non de persona sed de trinitate condita est. et quia dixisti et aquam esse mendacem,

19 cfr. Gen. 8, 8 sq.

2 de (un *s. l. m. 2*) *R*, deperitomen (*om. syll.* un) *B* perito men/semel (*dist. m. 2*) *G*, deperito mensemel *v (adscr. i. mg. Cochl.* deperire ut semel, *quae recepit Bald.)* 3 faciat *RBvb* signum et sic ut non possit iterum fieri *G* 4 seruit ad salutem *Casaub.* possit *G* 5 auferre (f *s. l. m. 2*) *R*, aufferre *(sic) B* si (c *s. l. m. 2*) *G*, sed *B* 7 igitur tibi *vb* 8 econtra (t *s. l. m. 2*) *R*, et (*s. l. m. 1*) contra *B* e diuerso *coni. Cochl.* 9 si enim *RB* 10 cum *om. libri* 11 alteram *om. RBvb* 12 quidam (e *s. l. m. 2*) *R* 13 dimersis *RB*, demersis (emersi *corr. in litura*) *G* 14 in (*eras.*) *B* facie pristina *RBv* sed quid *G* 16 aquam] quam *RB* 17 cathaclysimum *(sic) G* fuit] fit *RB*, sit *v* ita es *B* 18 etsi] et *RBv*, *om. b*

etiam hoc disce, ubi eam poteris inuenire: apud Praxeam Patripassianum, qui ex toto filium negat et patrem passum esse contendit. et cum sit filius dei ueritas, sicut ipse testatur dicens: ego sum ianua et uia et ueritas — ergo si filius dei est ueritas, ubi ipse non est, mendacium est. cum apud Patripassianum non est filius, non est nec ueritas, et ubi ueritas non est, ibi est aqua mendax. quare uel sero iam desine confingere crimina et quod in Patripassianos dictum est, in catholicos noli transferre. nunc quoniam manifeste monstratum est a nobis et pro uobis dici potuisse, quod de diluuio et circumcisione locutus es, consequens est ostendere, quomodo laudem baptismatis ita dixeris, ut in ea multa pro nobis et pro uobis, aliquid tamen contra uos. pro utrisque illud est, quod et nobis et uobis commune est, ideo et uobis, quia ex nobis existis. denique et apud uos et apud nos una est ecclesiastica conuersatio, communes lectiones, eadem fides, ipsa fidei sacramenta, eadem mysteria. bene igitur laudasti baptisma; quis enim fidelium nesciat singulare baptisma uirtutum esse uitam, criminum mortem, natiuitatem inmortalem, caelestis regni conparationem, innocentiae portum, peccatorum, ut et tu dixisti, naufragium. has res unicuique credenti non eiusdem rei operarius, sed credentis fides et trinitas praestat.

4 Ioh. 14, 6

1 etiam hanc *RB*, et hanc *v* inuenire aut flauionem praxeam patr... *RBv* (apud Flauium *Cochl.*), inuenire apud hebionem *G* (*cfr. p.* 108, 14) 2 patri Passianum *BG* que ex *B* nega (t *s. l. m. 1*) *B* passum *om. B* 4 ianua uia ueritas et uita *G* si (*s. l. m. 2*) *RB*, *om. Gv* 6 Patri passianos *Gb* est et uerit. *G*, est u. *d* 7 ęqua (a *s. l. m. 2*) *R* uel iam sero *G* sero quam *B*, sero qua *v* (*corr. Cochl.* iam) 8 confringere (r *prius del. m. 2*) *G* Patri passiano *B*, (*coniunct.*) *R* 9 nunc questio manifeste *B* manifestissime *G* 10 et a nobis *G* pro nobis dici *Gb* dixi *B* 11 est] et *RB* 12 ita *et* multa *om. G* 13 tamen et *Gb* 14 et uobis *om. RBv* 15 apud nos et apud uos *G* uos et apud *om. v* 17 ipsa] eadem ipsa *coni. Cochl.* 18 singurare (r *prius exp. sed nihil corr.*) *G* 19 esse *om. v* 20 peccatorem (um *i. mg. m. 2*) *G* 21 ut tu ipse dixisti *G* credentę (i *i. mg. m. 2*) *G*, *om. RBvb*

2. Deinde quaeris, quid in laude baptismatis contra uos dixeris. audi, sed prius est fatearis, quod omnes negare minime poteritis. dicitis enim trinitatem pro nihilo haberi, ubi non interfuerit uestra praesentia. si nobis derogatis, uel deum reueremini, qui in trinitate prior est, qui cum filio suo et spiritu sancto omnia operatur et conplet, etiam et illic, ubi non fuerit humana persona. tu uero, frater Parmeniane, in laude aquae de Geneseorum lectione dixisti aquas primum uiuas animas edidisse. numquid sua sponte eas generare potuerunt? numquid non et illic fuerat tota trinitas? utique et illic fuerat deus pater, qui iubere dignatus est, qui dixit: educant aquae natantia, uolatilia, et cetera. quodsi sine operante fieret, quod factum est, diceret deus: educite, aquae. ibi erat ergo filius dei, qui operabatur, ibi erat spiritus sanctus, sicuti lectum est: et spiritus dei superferebatur super aquas. nihil illic uideo quartum, nihil minus a tribus, et tamen natum est, quod trinitas operata est, et non ibi fuistis; aut si sine uobis nihil debet licere trinitati, reuocate pisces in originem; iam uolantes aues fluctibus mergite, si uobis absentibus nihil debet trinitas operari.

3. Cum ergo dixeris et unum fuisse diluuium et circumcisionem repeti non posse, et nos docuimus caeleste munus unicuique credenti a trinitate conferri, non ab homine: ecquid uobis uisum est non post nos, sed post trinitatem

12 Gen. 1, 20 15 Gen. 1, 2

2 quod] quia *G* 3 habere *v* non fuerit *G* 4 uel dominum *G* 6 etiam illic *G* 7 tu] cum *v* 8 degeneorum (se *s. l. m. 1*) *B* 9 edidisse (*in ras.*) *B* sua sponte—potuerunt numquid *om. v* 10 illic non (*om.* et) *G* 11 et *om. G* 12 uolantia et c̄ *G* 13 deus. Educat ea, quae ibi erat. Ergo *v* 14 ergo erat et *G* dei *om. G* operebatur (a *s. l. m. 2*) *R*, operebatur *B* erat et sp. *G* 15 spiritus domini ferebatur *G* 16 uideo illic (*add. transpos. signo*) *B* 17 natum *om. G* 18 aut sine *BG* 19 in origine *G* mergitis *v* 20 debet licere trinitati (*om.* operari) *G* 21 cum enim dix. *G* 23 credenti uel ad trinitatem a trinitate *G* non ad hominem *G* etquid *RBvb*, quid *G*, ecquid *scripsi* 24 post uos (n *i. mg. m. 2*) *G*

baptisma geminare? cuius de sacramento non leue certamen innatum est et dubitatur, an post trinitatem in eadem trinitate hoc iterum liceat facere. uos dicitis: licet, nos dicimus: non licet. inter licet uestrum et non licet nostrum nutant et remigant animae populorum. nemo uobis credat, nemo nobis: omnes contentiosi homines sumus. quaerendi sunt iudices: si christiani, de utraque parte dari non possunt, quia studiis ueritas inpeditur. de foris quaerendus est iudex: si paganus, non potest christiana nosse secreta, si Iudaeus, inimicus est christiani baptismatis; ergo in terris de hac re nullum poterit reperiri iudicium: de caelo quaerendus est iudex. sed ut quid pulsamus ad caelum, cum habeamus hic in euangelio testamentum? quia hoc loco recte possunt terrena caelestibus conparari. tale est, quod quiuis hominum habens numerosos filios, quamdiu pater praesens est, pater et ipse imperat singulis; non est adhuc necessarium testamentum: sic et Christus, quamdiu praesens in terris fuit, quamuis nec modo desit, pro tempore quicquid necessarium erat, apostolis imperauit. sed quomodo terrenus pater, dum se in confinio senserit mortis, timens, ne post mortem suam rupta pace litigent fratres, adhibitis testibus uoluntatem suam de pectore morituro transfert in tabulas diu duraturas, et si fuerit inter fratres nata contentio, non itur ad tumulum, sed quaeritur testamentum, et qui in tumulo quiescit, tacitus de tabulis

1 baptisma *om.* *B* 2 an hoc (*sed* hoc *om. ante* iterum) *G* eo̊dem (a *s. l. m. 1*) *R* 3 nos docuimus *G* 5 nobis credat nemo uobis *G* uos credat *B* 9 nosse christiana *vb* iudeus ę (*sic*) *B* 11 reperire (i *s. l. m. 2*) *R*, reperire *B* 12 habemus *v* in *om.* *G* testamentum inquam (in quam *BG*) *libri v* 13 possunt] sunt *B* 14 quod (*s. l. m. 1*) *B* numerose *v* 15 filios os (h *s. l. m. 2*) *R*, f. hos *B* f. his *vb* est ipse (*om.* pater et) *RBvb* 16 simgulis (*sic*) *G* si et *B* 17 quamquam nec *G* 18 erat] fuit *G* 19 ţęr|terrenus (*perdux. m. 2, i. mg. rasura*) *G* dum] cum *Gb* 22 duratas (ur *s. l. m. 2 in ras.*) *B*, duratas *v* (*corr. Cochl.*) 23 contentio nata *vb* nato *B* 24 tacitis de tabulis *b*

loquitur: uiuus, cuius est testamentum, in caelo est, ergo uoluntas eius, uelut in testamento, sic in euangelio requiratur. etenim de praescientia, quae modo facitis, iam futura conspexerat Christus. denique cum lauaret pedes discipulis suis, sic ait Petro filius dei: quod ego facio, tu nescis; scies autem postea. dicendo 'scies postea' haec tempora designabat; ergo inter ceteros testamenti titulos hunc titulum de aqua constituit. cum lauaret pedes discipulis suis, tacentibus ceteris si taceret et Petrus, solam fecerat formam humilitatis, nihil pronuntiauerat de sacramento baptismatis. sed cum Petrus recusat nec pedes sibi lauari permittit, negat illi Christus regnum, nisi accepisset obsequium. sed cum caelestis regni mentio fieret, quo pars corporis petebatur ad obsequium, totum corpus obtulit ad lauacrum. nunc adestote, omnes turbae et singuli christiani populi; quid liceat, discite. dum prouocat Petrus, Christus docet. qui dubitat, discat; Christi enim uox est: qui semel lotus est, non habet necessitatem iterum lauandi, quia est mundus totus. et de eo lauacro pronuntiauit, quod de trinitate celebrandum esse mandauerat, non de Iudaeorum aut haereticorum, qui dum lauant, sordidant, sed de aqua sancta, quae de trium nominum fontibus inundat. sic enim ipse dominus praecepit dicendo: ite, baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti. de hoc lauacro dixit: qui semel lotus

5 Ioh. 13, 7 12 cfr. Ioh. 13, 9 17 & 24 Ioh. 13, 10 23 Matth. 28, 19

1 loquitur uiuus. Is cuius *b* uiuus] unus *v* est *ante* ergo *om. B* ergo—euangelio *bis posita, primum lin. subscr. deleta in R* 2 inquiratur *vb* 3 et-enim praesentia *vb* 4 Christus *om. G* suis] sicut (*perdux. m. 2?*) *G* 5 quod modo facio (*om.* ego) *G* nescis] *Cochl. add. i. mg.* modo, *ut est in Uulg.* 6 autem *om. G* 11 sibi pedes *(add. transpos. sign.) B* permisit *RBv* 13 a quo *Gb, fortasse legendum* cui 17 locutus (cu *eras.*) *B* 18 iterum necessitatem *Gvb* (*sed cfr. p.* 125, 1) quia—totus *om. Gb* 21 sed aqua *B* que trium (*om.* de) *G*, quae deterium nominum *v* (*corr. Cochl.*) 22 inundat] mundat *v* dominus *om. G*, dominus Christus *vb*

est, non habet necessitatem iterum lauandi. qui semel dixit, prohibuit iterum fieri et de re locutus est, non de persona. nam si esset distantia, diceret: 'qui semel bene lotus fuerit'; sed dum non addidit uerbum 'bene', indicat, quia quicquid in trinitate factum fuerit, bene est. inde est, quod simpliciter a uobis uenientes excipimus. cum dicit: non habet necessitatem iterum lauandi, haec sententia generalis est, non specialis; nam si Petro haec dicerentur, diceret Christus: 'quia semel lotus es, non habes necessitatem iterum lauandi': ideo quotiens a uobis baptizatus aliquis ad nos transitum uoluerit facere, uenientem hoc magisterio et exemplo tota simplicitate suscipimus. absit enim, ut umquam exorcizemus sanum fidelem, absit, ut iam lotum reuocemus ad fontem, absit, ut in spiritu sancto peccemus, cui facinori et praesenti et futuro saeculo indulgentia denegatur, absit, ut iteremus, quod semel est, aut duplicemus, quod unum est. sic enim scriptum est apostolo dicente: unus deus, unus Christus, una fides, una tinctio. denique uos, qui baptisma quasi libenter duplicare contenditis, si datis alterum baptisma, date alteram fidem; si datis alteram fidem, date et alterum Christum; si datis alterum Christum, date alterum deum. unum deum esse negare non potestis, ne in Marcionis

6 Ioh. 13, 10 14 cfr. Matth. 12, 31. 32; Marc. 3, 28. 29; Luc. 12, 10. 17 Eph. 4, 5

1 iterum necessitatem *vb* (*sed cfr. p.* 124, 18) 2 fieri *om. G* et] sed *B* 3 bene *om. G* loçutus (cu *del. m. 2*) *R* 4 indicat bene *v* quia quod de trinitate *G* 5 est quo *B* 6 dum dicit *G* 7 haec sententia—iterum lauandi (*l.* 10) *om. v* 8 etsi pro Petro *G* 9 Christus *om. G* bene lotus *b* eſt (*sic*) *R*, est *B* habeţ (s *s. l. m.* 2) *R*, habet *B* 10 aliquis (s *m. 2*) *R* 11 uoluerit transitum *G* ueniente *G* magisterio (*sic*) exemplo *R* (et *om. RBv*), magistri exemplo *Cochl. b* 12 percipimus *G* ut umquam—fidelem absit *om. RBvb* 13 ut iam] quam iam *RB*, qui iam *G* 14 ut] quam *B*, qui *G* in spiritum sanctum *edd.* facinori praesenti (*om.* et) *RBv* 15 in praesenti *d* 16 ut] quam *RB* aut publicemus *RBv* unum (*om.* est) *RBv* 20 et *om. G* 21 si datis alt. Christum *om. G* date et alterum dominum *G* 22 neç (*sic*) *R*, nec *B* inmarcionis *B*, martionis *Gv*

foueas incidatis. ergo deus unus est, de uno deo unus est Christus. qui rebaptizatur, iam christianus fuerat; quomodo dici potest iterum christianus? una fides hoc loco ab haereticorum erroribus et ab eorum uaria fide fides unica separatur. etiam uobis praescribitur, qui post semel iterum facitis, totum ponendo in dotibus, nihil in sacramentis, cum hoc nomen fidei pertineat ad credentem, non ad operantem. quocumque enim interrogante qui credidit deo, credidit, et post illius unum 'credo' tu exigis alterum 'credo'. deinde sequitur unum baptisma, ut quia quod unum est, sanctum est, per quod unum est, non solum ab haereticorum profanis et sacrilegis baptismatibus separetur, sed ne duplicetur, quod unum est, aut iteretu , quod semel est.

4. In hoc sacramento baptismatis celebrando tres esse species constat, quas et uos nec augere nec minuere nec praetermittere poteritis: prima species est in trinitate, secunda in credente, tertia in operante. sed non pari libramine ponderandae sunt singulae. duas enim uideo necessarias et unam quasi necessariam; principalem locum trinitas possidet, sine qua res ipsa non potest geri; hanc sequitur fides credentis; iam persona operantis uicina est, quae simili auctoritate esse non potest. duae priores permanent semper inmutabiles et inmotae; trinitas enim semper ipsa est, fides in singulis una est, uim suam semper retinent ambae. persona uero operantis intellegitur duabus prioribus speciebus par esse non posse, eo quod sola esse uideatur mutabilis. inter nos et uos uultis eiusdem personae esse distantiam et sanctiores uos aestimantes superbiam uestram non dubitatis anteponere trinitati, cum

1 deo unus est de uno deo unus est christus *(sic repet.)* *RB* 2 iam chr. fuerat *om. G* 3 potest iterum dici *G* hoc loco *om. G* 4 fides una *G* 7 quodcumque *B* 8 credit et post *v* 10 ut] et *G* 11 ad hereticorum *B* sacrilegiis *libri* 12 separatur *RBv* dupliciter *B* 13 itertur (a *s. l. m. 1*) *B* 15 et *om. G* 17 testia *B* 19 et principalem *v* 21 operantis (*in ras. m. 2*) *B* 22 inmutabiles et inmotae (m *s. l. m. 2*) *R* 26 ideo quod *RBvb* uideatur esse *G* 28 indubitatis *(sic) R*

persona operantis mutari possit, trinitas mutari non possit. et cum ab accipientibus baptisma desiderari debeat, uos desiderandos esse proponitis; cum operantes inter alios sitis, ostendite, qualem in eodem mysterio locum habeatis et an ex eodem corpore esse possitis. baptismatis unicum nomen est, cui subest proprium corpus, cui corpori certa sunt membra, quibus nec addi nec auferri aliquid potest; inter quae membra si eligendus operarius inuenitur, totum corpus ad operantem pertinet. haec omnia huius corporis membra et semper et semel secum sunt et mutari non possunt, operarii uero cotidie mutantur et locis et temporibus et personis. neque enim unus homo est, qui semper aut ubique baptizat. in hoc opere iamdudum alii fuerunt, modo alii, postea alii futuri sunt: operarii mutari possunt, sacramenta mutari non possunt. cum ergo uideatis omnes, qui baptizant, operarios esse, non dominos, et sacramenta per se esse sancta, non per homines, quid est, quod uobis tantum uindicatis? quid est, quod deum a muneribus suis excludere contenditis? concedite deo praestare, quae sua sunt. non enim potest id munus ab homine dari, quod diuinum est. si sic putatis, prophetarum uoces et dei promissa inanire contenditis, quibus probatur, quia deus lauat, non homo. adest contra uos Dauid propheta, qui ait in psalmo L: lauabis me et super niuem deal-

23 Ps. 50, 9

1 trinitas mutarier (*sic*) *R* 2 ab *om. RBv* 4 eodem mīsterio| sterio *(sic) G* 6 cuius corporis *G* sunt membra *om. G* (*i. mg. adscr. m. 2*) 7 quibus] cui *G* auferre *B* qui (ae *s. l. m. 2*) ęt membra *R* 8 si] quia et *v*, si et *b* 9 pertineat *RB* corporis membra huius (*addito transpos. sign.*) *B* 10 et secum *G* 12 baptizat in hoc opere. Jamd. *vb* 14 operarii mutari non (*sic*) possunt *R* 16 esse per se (*addito transpos. sign.*) *B* 17 uind. qu. est (*s. l. minutissime scr. m. 2*) *G* quod apud uos solos munus principale esse dicitis quid est quod dum (*sic*) a muneribus *sq. Gb* deum] dominum *RB* 19 enim *om. B* id *om. vb* 20 putatis et *Gb* profetari *R*, prophetari *B* 21 inanire] manere *R*, *(s. l. m. 1) B* 23 psalmo XLVIIII *RB*, psalmo quinquagesimo *G*

babor. item in eodem psalmo: deus, laua me ab iniustitia mea et a delicto meo munda me. laua me, dixit, non dixit: elige, per quem lauer, et Esaias propheta sic dixit: quoniam abluet dominus sordes filiorum et filiarum Sion — Sion ecclesiam esse in tertio libro probauimus: ergo deus lauat filios et filias ecclesiae — non dixit: lauabunt hi, qui se sanctos putant. dignamini, ut uel prophetae uos uincant, uel sic agnoscite, quia non lauat homo, sed deus. quamdiu dicitis: 'qui non habet quod det, quomodo dat?' uidete dominum esse datorem, uidete deum unumquemque mundare; sordes enim et maculas mentis lauare non potest nisi deus, qui eiusdem fabricator est mentis. aut si putatis, quia lauacrum uestrum est, dicite, qualis est ipsa mens, quae per corpus lauatur, aut quam habet formam aut quo loco in homine habitet: hoc homini scire negatum est. ergo quomodo putas, quia lauas, qui nescis, quale sit, quod lauas? dei est mundare, non hominis; ipse enim per prophetam Esaiam promisit se loturum, dum ait: et si fuerint peccata uestra uelut coccum, ut niuem inalbabo. inalbabo dixit, non 'faciam inalbari'. si hoc deus promisit, quare uos uultis reddere, quod uobis nec promittere licet nec reddere nec habere? ecce in Esaia se promisit deus inalbare peccatis

1 Ps. 50, 4 4 Es. 4, 4 18 Es. 1, 18

1 me *om. B* 2 a *om. B* 3 elegi *v* ysayas *B* (*sicut l.* 17) dicit *G* 4 quoniam lauauit deus sordes *G* sordem *RB* 5 Sion ecclesiam—filias ecclesiae *om. RBvb* 6 lauabunt me qui *RBvb*, lauabunt hii *G* 7 ut *om. RBv* 8 agnoscitur *RB* 9 quod debet quando dat *RB* (*sed cfr. p.* 132, 17) uidete dominum esse datorem *om. RBv*, uid. deum esse datorem *b* 10 uidete dominum unumquemque *G* mandare (a *prius perdux. et* u *corr. i. mg. m. 2*) *G* 11 deus *om. RBvb* 13 est uestrum *G* 15 inhabitet *G* 16 nesciṭ (s *s. l. m. 2*) *R* dei] domini *RB* 17 enim *om. vb* esaiam prophetam *G* 18 lo̱cuturum (a *s. l. m. 2*) *R*, locuturum *B* 19 dealbabor (r *del.*) in alba|bo dixit *G* inalbabo *ante* dixit *om. RB* non *om. RBv*, non dixit *Gb* 20 faciam nec ab inalb. *RBv* (*Cochl. coniec.:* faciam met ea inalbari *(sic)*, *quod legendum uidetur* me a te inalbari) in albari *G* 21 quod uobis—nec reddere *om. RB* 22 ecce iam per se promisit *G* in esaiam (ysayam *B*) *RB*

adfectos, non per hominem. reuertimini ad euangelium, uidete, quid in salutem generis humani sit pollicitus Christus. cui cum mulier Samaritana aquam negaret, tunc a filio dei dictum est, quod praescribat praesumptionibus uestris: aquam, inquit, quam ego do, qui biberit, non sitiet in aeternum. aquam quam ego do, inquit, non dixit: 'quam dederint, qui se sanctos putant', sicut uobis uidemini, sed se dixit daturum. ipse est ergo, qui dat, ipsius est, quod datur. quid est, quod uobis tota inportunitate uindicare contenditis?

5. Cum hanc rem cumulet Iohannes Baptista, qui praecursor uenerat saluatoris, cum multos tingeret in paenitentia et remissa peccatorum, nuntiauit filium dei esse uenturum; cuius uerba haec sunt: ecce uenit, qui uos baptizet. et tamen non legimus post Iohannem Christum aliquem rebaptizasse; quod ergo dixit: qui uos baptizet, ueniens Christus illo tempore post Iohannem neminem tinxit. promissum erat temporibus nostris, ut ipse daret, quod hodie datur, secundum quod ait: aquam quam ego do, qui biberit, non sitiet in aeternum. nam et discipuli Iohannis cum dicerent magistro suo: ecce quem baptizasti, baptizat: baptizabat quidem, sed per manus apostolorum, quibus leges baptismatis dederat. denique lectum est alio loco: nam ipse neminem baptizauit, sed discipuli eius. in hac re omnes discipuli eius sumus, ut nos operemur, ut ille det, qui se daturum esse promisit. et

4 & 18 Ioh. 4, 13 13 & 15 Ioh. 1, 33 20 cfr. Ioh. 3, 26 22 Ioh. 4, 2

1 adfectos] effetos *G* et uidete *G* 2 in salute *RBvb* 3 denegaret *G* tunc ei a *G* 5 in aeternum] unquam *G* (*sed cfr. l. 19*) 7 sicuti nunc uobis *G*, sicut uos *v*, sicut uos uobis *b* 9 uindicare contendicare contenditis (*sic*) *B* 11 tingeret (u *s. l. m. 1*) *B* 12 et in remissa *G* 13 et tam *B* 14 baptizasse *Gb* 15 et ueniens *Gb* 16 neminem *om. RBvd* promissus *G* 17 hodie daturus *v* 20 quem baptizas (*sic*) baptizabat (*om.* baptizat) *RB*, quem baptizasti, baptizat. Baptizat *G*, quem baptizabas, baptizat, baptizabat *v* baptizat *om. d* 24 ut] et *G*

tamen cum Iohannes infinita milia hominum baptizaret, iam Christo praesente operabatur seruus et uacabat dominus, antequam baptizandi daret formam. per actum non modicum tempus milia hominum in paenitentia et remissione tincta sunt peccatorum. sed nemo tinctus fuerat in trinitate, nemo adhuc nouerat Christum, nemo audierat esse spiritum sanctum. at ubi uenit tempus plenitudinis, certo tempore dedit leges baptismatis filius dei et dedit uiam, qua iretur ad regna caelorum, etiam tunc praecepit dicens: ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. ex ea die oportuit fieri, quod mandatum est: ante tempus noluit emendare, quod operatum est, ne licentiam rebaptizandi daret, quamuis alterum fuerit baptisma Iohannis et alterum sit Christi. baptisma Iohannis ante legem pro pleno uoluit esse, quod non erat plenum; et tamen supra memorata milia hominum, quia in deum crediderant, quamuis ignorarent filium dei et spiritum sanctum, regnum caelorum eis denegare non potuit. inde est uox filii dei dicentis: a diebus Iohannis usque in hodiernum regnum dei uim patitur; et qui uim faciunt, diripiunt illud. ideo dixit: uim faciunt, quia adhuc baptizabat Iohannes. denique quia alterum tempus erat ante praecepta, alterum post prae-

9 Matth. 28. 19 19 Matth. 11, 12

1 cum (*s. l. m. 1*) *R* hominum milia *G* baptizaret] tingeret *G* 2 operaret (seruus—daret *om.*) formam *RBv* (*Cochl. coni.* operiret) 3 per acceptum non mod. *RBv*, peractum est non mod. *Gb* (est *om. d*) per actum non mod. *scripsi* 4 in penitentiae (penitentie *B*) remissione (*om.* et) *RBv* 5 erat *B* nemo (*alter. s. l. m. 2*) *R*, *om. Bv*, *suppl. Cochl.* 6 adhuc nemo u. *G* spirit.] χp̃m (*sic*, s *s. l. m. 2*) *R*, χp̃m *B* 8 quam iretur *RB* regna celestia dum praecipit *G* 9 omnes *om. libri* (*sed cfr. p.* 124, 23) 10 eas *vb* 13 licentia rebaptizaret quamuis *v* rebaptizaret quamuis (ndida *s. l. m. 2*) *R* alterum fuit *G* 14 sit *om. G* baptisma. iohannes *RBv* (Christi baptisma. Ioannes *Cochl.*) leges *RBvb* (*sed cfr. p.* 131, 13) 15 plenum uoluit *b* uoluit] noluit *Cochl.* 16 quia] qui *v* in deo *RBvb* 19 dei uim patitur *lineol. subscr. notat. in G* 20 diripiunt illud] possident eum *G* ideo d. u. faciunt *om. RBv* 21 uim patitur *b* 22 alterum post praecepta *om. RBv*

cepta, qui post praecepta in nomine saluatoris baptizati sunt, in regnum legibus intrauerunt; qui ante praecepta, sine lege uim fecerunt, sed exclusi non sunt. ergo ante praecepta baptisma Iohannis cum esset inperfectum, pro perfecto iudicatum est ab eo, cui nemo iudicat, et quia quasi quidam limes fixus esset iussionis inter tempora antecedentia et sequentia. cum apud Ephesum baptizarentur aliqui in baptismate Iohannis post praecepta, hos uidens beatissimus Paulus interrogauit, an accepissent spiritum sanctum. dixerunt se illi nescire, an esset spiritus sanctus, et dixit illis, ut post baptisma Iohannis acciperent spiritum sanctum. sic enim baptizati erant, quemadmodum multi a Iohanne fuerant baptizati. sed qui ante legem baptizati sunt, ad indulgentiam pertinuerunt, quia praesens fuerat, qui indulgentiam daret; non erant ex toto rei, qui legibus non fuerant occupati. hi uero, qui apud Ephesum post legem Iohannis baptismate baptizati fuisse leguntur, post leges in sacramento errauerant, quia iam introductum fuerat baptisma domini et exclusum fuerat serui. et ideo, quia post mandata diuina legibus debuerant ire in regnum, non per uiolentiam: iam enim terminum temporis fixerat Christus dicendo: a diebus Iohannis usque in hodiernum. post hodiernum iam non licebat, quod heri licuit. quare nolite uobis blandiri de dicto apostoli Pauli, qui non post personam operarii interrogauit, sed post rem, cui res, non persona displicuit. denique baptisma saluatoris iussit, ut

9 & 10 cfr. Act. 19, 2—4 21 Matth. 11, 12

2 qui] quia *B* ante praec. — exclusi n. sunt *lineol. subscr. notat. in G* 4 profecto *BGv* (*corr. m. 2 i. mg. G itemque Cochl.*) 5 ab eo] a deo *G* quia *om. G* limes quidam *edd.* fixus est *G* 7 & 15 effesum *R*, efesum *B* 8 interrogat *G* 11 si enim *B* 12 et multi *G* fuerunt *v* 13 leges *Gb* (*sed cfr. p.* 130, 14) baptizati sunt *om. G* 14 fueraṇt (*sic*) *R*, erat *G* indulgentia *B* daret et non *Gb* 15 fuerunt *v* hiį (*sic*) *R* 16 legem baptisma Iohannis baptiste baptizati esse leguntur *G* 17 errauerunt *G* 18 erat bapt. *G* 19 quia *om. G* 22 heri] fieri *d* licuerat *Gb* 23 qua de re *G*

discerent, qui non nouerant, quia non ipsum, sed aliud acceperant. uos uero quid inmutatis? si res potuistis mutare, recte feceritis, si tamen de lege aliquid feceritis. Paulus dixit: in quo baptismate baptizati estis? et dixerunt illi: Iohannis; persuasit eis, ut baptisma Christi acciperent. uos non dicitis: quid accepistis, sed a quo accepistis, et insectamini personas hominum et uultis iterare, quod semel est. qui baptizati erant apud Ephesum, crediderant in paenitentiam et remissionem peccatorum; recte illis dictum est, ut baptizarentur in nomine patris et filii et spiritus sancti. uos uero quid mutatis in hominibus, qui iam dixerunt se credidisse in nomine patris et filii et spiritus sancti? siue ipsum interrogetis, siue aliud, conuincamini necesse est peccare uos, siue illud interrogetis, quod iussum non est, siue hoc uelitis facere, quod iam factum est.

6. Redeo nunc ad illud uestrum, quod dicitis: 'qui non habet, quod det, quomodo dat?' unde haec uox est, de qua lectione recitari potest? uox est de uico conlecta, non de libro lecta: 'qui non habet, quod det, quomodo dat?' haec uerba in lege scripta non sunt; nam si, ut uultis, homo dat, deus uacat, et si deus uacat, et apud uos est omne, quod dandum est, ad uos sit conuersio; quos baptizatis, in nomine

4 & 5 Act. 19, 3

1 qui] quid *G* 2 acciperant (e *s. l. m. 2*) *R* qui *Bv* quid imitamini *Gb* rem *G* 3 fecistis si *G* aliquid de lege *G* aliquid faceretis *b* 4 illi *om. vb* 5 eos (*om.* ut) baptisma . . . accipere *G* 6 qui (d *s. l. m. 2*) *R* 7 in (*sic*) personas *R*, in pers. *vb* 8 effesum *R*, efesum *B* in penitentia *libri vb* 9 remissione *RGvb*, in remissionem *B* est *om. R, add. m. 2 in B* 10 uos uero—spiritus sancti *imo in marg. adscr. m. 1 R* 11 qui mut. *Bv* in *ante* hominibus *om. G* se dixerunt *RB* 12 ipsum *om. B* interrogatis *vb* 13 communicamini *B*, (*corr. i. mg. m. 2* conuincamini) *G*, comminiscimini *v* 14 illud inter quos iussum *RBv* uellitis (*sic*) *R* 16 tunc *RB* ad illum *RB* 17 quod debet *B* (*cfr. l.* 19; *p.* 128, 9; 133, 6) 18 uico non de libro collecta *RBvb* 20 in lege scripta *om. RB* in lege *om. v* scripta in lege *b* non *bis pos. B* 22 quos] quod *B* baptizastis *v*

uestro tingantur. erubescite beatissimo Paulo clamanti et suam gratulationem proïtenti: numquid in nomine meo baptizati estis? ille gaudet, quod duos solos et unam domum baptizauerit; et uos populos rebaptizare contenditis et peccasse uos et peccare gaudetis dicentes: 'quid dat, qui non habet, quod det?' cui creditur, ipse dat, quod creditur, non per quem creditur. denique sub Iohanne infinita multitudo hominum baptizata est; probate Iohannem aut accepisse aut habuisse, quod daret. illo autem operante dabat deus, qui dando non deficit; et nunc operantibus cunctis humana sunt opera, sed dei sunt munera.

7. Iam illud quam ridiculum est, quod quasi ad gloriam uestram a uobis semper auditur: 'hoc munus baptismatis esse dantis, non accipientis'. et utinam hoc de deo diceretis, qui huius rei dator est! sed quod stultum est, uos dicitis esse datores. si ita est, et nos et uos teneamus singulos gentiles: uos, qui uos sanctos dicitis, interrogate eum, quem tenetis, an renuntiet diabolo et credat domino; et ille dicat: 'nolo'. contra nos peccatores, ut uultis, interrogemus alterum gentilem, an renuntiet diabolo et credat deo, et cetera, et dicat: 'renuntio et credo', et cetera. cum uos tingatis nolentem, nos uolentem, dicatur, quis eorum possit ad dei gratiam pertinere. utique sine dubio ille consequitur, qui credit, non ille, pro cuius uoluntate, ut dicitis, sanctitas uestra succedit.

2 I Cor. 1, 13

1 uestro *om. B* beato *edd.* calūmanti (*corr. i. mg. m. 2* clamanti) *G*, clamante . . . profitente *vb* 2 nunquid inquit in nom. *G* 3 quod uos solos *B* 5 quid dat *om. G* 6 quod det] quomodo dat *G*, quid det *v* (*Cochl. sic interp.* habet? quid det, cui creditur. Ipse) 12 illud quod ri|culum (*sic*) *B* 14 dantis esse *G* dantis (*s. l. m. 2*) *R*, *om. v* de *om. v* 15 hoc uobis dicitis *RB* 16 datoris *v* et uos et nos *G* 17 sanctos uos *G* tenetis abrenuntiet *B* (*sed cfr. l. 20*) 18 diabulo *R*, dyabo bolo (*sic*) *B* domino] deo et cetera *G* nolo contra — et dicat *om. G* 19 uos (n *s. l. m. 2*) *R* 21 cum] tum *vd* 23 consequitur *om. Gd* credidit *G* non (*s. l. m. 1*) *B*

operarios uos esse uel sero cognoscite, aut si in operario est res ipsa, et non in se, hoc sibi uindicent aliqui homines in artibus suis, ut, quia sic prouocatis, ad res diuinas etiam artes conparemus humanas. cum pretiosus inficitur color, natura saepe conuertitur, dum confectione uellus candidum purpurascit. sic alba lana regalem transit in purpuram, quomodo catechumenus in fidelem. utique dum incipit esse, quod non erat, desinit esse, quod fuerat. lana et colorem mutat et nomen, et homo et uocabulum mutat et mentem. consideranda sunt effecta, retractanda sunt efficientia. dicis a te datum esse, quod homo fidelis effectus est. si hoc totum tuum est, dicat et operarius artifex purpurae, quod pretiosum colorem in suis manibus habeat et non procuret pretiosa pigmenta ex Oceano multis ignota, quibus tincta uellera per colorem promoueantur in admirabilem dignitatem, non admixto sanguine piscis purpuram solo tactu conficiat. si igitur operarius iste per tactum solum dare colorem non potest, sic nec operarius baptismatis ex se sine trinitate dare aliquid potest. tale est et hoc, unde modo certamen est. nam in quo baptizentur gentes, a saluatore mandatum est; per quem baptizentur, nulla exceptione discretum est. non dixit apostolis: 'uos facite, alii non faciant', quisquis in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizauerit, apostolorum opus inpleuit. denique lectum est in euangelio

1 esse uel *om. RBv*, esse *om. b* uos se recognoscite (*sic*) *B* si *om. B* 2 et *om. G* et aliqui *Gb* 4 artes *om. G* conficitur *G* 5 in confectione *G*, dum conuectione (*om.* in) *edd.* candidus^{m} (m *s. l. m. 2*) *R*, candidus *B* 6 purpurescit *Bv*, purpura scit *G* sic alba|ria regalem *B* 7 caticuminus infidelis *RB* cathecuminus (e *corr. ex* i *m. 2*) *G* 10 considerata *RBvb* 11 dicitis (ti *exp. m. 2*) *G* 12 tuum *om. RBv*, meum *b* artifex *om. Gb* 13 habebat *G* et *om. Gb* 14 ex Oceano mari *G*, exoc ea non multis *v* (exotica *coni. Cochl.*) 15 promoueatur *G* 16 tractu (r *del. m. 2*) *G* 17 si *om. RBvb* tractum (*sic*) *G* (*sed cfr. l. 16*) 18 sic et oper. . . . non potest *G* 20 baptizarentur *edd.* (*sed cfr. uers. sequ.*) 21 baptizarentur *G edd.* desertum est *v* (disertum *propos. Cochl.*) 22 non dixit—faciant quisquis *om. v* apostolus *G* quisque *RB*

Iohanne dicente: magister, uidimus quendam in nomine tuo expellentem daemonia et prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. sic Christus ait: nolite prohibere; qui enim non est contra uos, pro uobis est. nam et ipsis sic mandatum est, ut opus esset illorum sanctificatio trinitatis; nec in nomine suo tingerent, sed in nomine patris et filii et spiritus sancti: ergo nomen est, quod sanctificat, non opus. intellegite uos uel sero operarios esse, non dominos. et si ecclesia uinea est et uites sunt homines et ordinati cultores, quid in dominium patris familias inruitis? quid uobis, quod dei est, uindicatis? quid uultis uestrum esse totum, ubi nec partem habere potestis? nam propter tumorem uestrum, quo in nos intumescitis, increpat Corinthios beatissimus Paulus: in se et Apollo actus temporis nostri conformat: ne alter, inquit, in alterum intumescat. ut ostenderet, quia hoc totum sacramentum baptismatis dei est, ut illic sibi nihil uindicet operarius, sic ait: ego quidem plantaui — hoc est: de pagano catechumenum feci — Apollo rigauit — hoc est: ille catechumenum baptizauit. sed ut cresceret, quod plantatum aut inrigatum est, deus fecit. nam et quiuis hodie uolens uineam suam pastinare operarium placita mercede conducit, qui curuato dorso et

1 Luc. 9, 49 15 I Cor. 4, 6 17 & 19 I Cor. 3, 6

5 nam et si sic *RBv* (tametsi sic *Cochl.*) illorum sed dei sanctificatio est (trinitatis — non opus *om.*) *RB*, (*om.* est) *v* 9 uinea ecclesia *G* et *ante* uites *om. d* uites *om. RBv* 10 ordinati sunt (sunt *perdux. m.* 1?) *G* qui *G* in dominio *RB* inruitis (r *s. l. m. 2*) *R*, inruistis *Bvb* 12 poteritis *RBb*, poteritis habere *v* 13 qui (i *ex* o *corr. uidetur*) *B* chorinthios *B* 14 et in se *G* nostri temporis *vb* confirmat (o *s. l. m. 2 ?*) *R*, confirmat *Gv* 15 ne] nec *B* alter in alterum inquit *edd.* 16 deus *B* 17 nichil sibi uindicet *C* si ait *R* 18 *post* plantaui *scriptum est in RBvb* Apollo rigauit, *sed omissum post* catech. feci caticuminum (h *et* e *s. l. m. 2*) *R*, caticuminum *GB* 19 hoc id est (*om.* ille) *G* hoc est *om. RBv*, id est *b* caticuminum (*sic*) *R*, catecuminum *B* caticuminum bapti (*in ras.*) | zauit *G* 20 aut] ẽ et *G* 21 et *om. v* suam *om. RBvb*

desudatis lateribus sinus terrae faciat, ubi deponat electa plantaria, et aquam calcatis scrobibus superducat. scrobem fodere et plantaria ponere potest; aquam inducere potest; imperare, ut teneat, non potest; est enim hoc solius dei de medullis palmitum producere radices coalescentes in terram et gemmantes oculos, incrementa frondium prouocare. denique beatus apostolus Paulus, ut uestram praesumptionem tumoremque conpesceret, ne se aestimet operarius baptismatis aut dominium habere, aut de tanto isto munere particulam sibi aliquam uindicare, indicans, quia totum dei est, sic ait: neque quia plantat neque qui rigat, est aliquid, sed solus deus, qui ad incrementa perducit. operarii inter alios estis intrante sole, hoc est finito saeculo potestis in die retributionis nobiscum de mercede contendere. nolite uobis maiestatis dominium uindicare. nam si ita est, uindicent sibi et ministri, qui mensae dominicae famulantur, ut pro humanitate exhibita ab inuitatis gratulatio eis referatur. Christi uox est inuitantis: uenite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi. ueniunt gentes ad gratiam; exhibet ille, qui inuitare dignatus est; ministerium exercet turba famulorum; non famulantibus, sed pascenti referendae sunt gratiae. uos cum ministri sitis, inuerecunde totum uobis conuiuii dominium uindicatis, cum se et ceteros beatissimus Paulus famulos cum humilitate fateatur; ne quis putaret in solis apostolis aut episcopis spem

11 I Cor. 3, 7 18 Matth. 25, 34

1 exudatis lateribus *G* sinum *G* 4 ut teneat *Casaub. glossema remouit* hoc (*s. l. m. 1*) *R* solus dei (*sic*) *B* 5 radicente (nte *eras., tum lacuna 5 fere litter.*) *B* coalescentes *om. B* 6 gemmates (*sic*) *G*, gemmantes (m *alterum corr. ex* in) *B* 8 se *om. RBv* estimaret (et *fin. add. m. 2*) *B* 9 habere dominium *edd.* si (*adscr. i. mg. m. 2* sibi) *G* 13 estis. Intrante *Casaub.* in diem *libri* 15 dominum *G* nam et si *B* 17 prohibita (ex *s. l. m. 2*) *B* 18 percipite—origine mundi *om. RB edd.* 20 ad gloriam *G* 22 uos nobiscum cum m. *RB*, uos nobiscum comministri *vb* sitis *om. v* 23 inuerecundae (*sic*) *R* uindicantes (n *alt. del. et* is *ex* es *corr. m. 2*) *G* 25 ne qui *BG*

suam esse ponendam, sic ait: quid est enim Paulus uel quid Apollo? utique ministri eius, in quem credidistis. est ergo in uniuersis seruientibus non dominium, sed ministerium. uides ergo iam, frater Parmeniane, ex tribus speciebus supra memoratis illam primo tripartitam esse inmotam, inuictam et inmutabilem, operantis uero temporariam esse personam.

8. Restat iam de credentis merito aliquid dicere, cuius est fides, quam filius dei et sanctitati suae anteposuit et maiestati. non enim potestis sanctiores esse, quam Christus est; ad quem cum mulier illa ueniret, cuius filia erat mortua, et rogaret, ut suscitaretur, nihil promisit de uirtute sua, sed post fidem interrogat alienam, ut, si mulier crederet, pro matris credulitate filia surgeret, si non crederet, uirtus filii dei feriata cessaret. interrogatur mulier, respondit se credere fieri posse, quod rogabat. iubetur ire, redit ad domum mulier, inuenit puellam uiuam, quam dimiserat mortuam. non ruit in oscula, non properat in amplexus, sed redit, ut saluatori gratias ageret; et ut ostenderet filius dei se uacasse, fidem tantummodo operatam esse: uade, inquit, mulier, in pace, fides tua te saluauit. ubi est, quod dicitis: 'dantis est, non accipientis?' quid uobis uidetur et centurionis fides? cuius puer cum male haberet, saluatorem petiit, ut ab eo mortem repel-

1 I Cor. 3, 4 10 — 20 Luc. 8, 42. 48 22 cfr. Matth. 8, 5; Luc. 7, 2 sq.

1 ait *om. G* est *om. B* 2 quid est Ap. *G* in quem] cui *G* 3 in *om. B* 4 iam *om. vb* 5 primam *v* tripertitam *BG* 6 et operantis temp. *RB* uero *om. RBvb* temporalem *G* 10 cum (*s. l. m. 1*) *R*, *om. v* 11 uenerat . . . . rogabat *v* 12 promisit] ꝑius|sit (ꝑ *ex* p *correct. uidetur*) *B* 13 per matris credulitatem *G* filias (s *del. m. 2*) *G* 14 uistus filius *B* 15 interrogata *G* 16 & 18 redit (i *s. l. m. 1*) *R* 17 remiserat *G* 18 properauit *Bvb* rediit *B* gratias ageret saluatori *G* 19 uacuisse (*sic*, a *s. l. m. 1*) *R*, uacuīsse *B* uacasse *om. G* (∧ *adpos., cui respondet m. 2 i. mg.* iuxta mulieris) uacuisse *v* 20 esse operatam (a *alter. delet. et i. mg. adp.* u *m. 2*) *G* sic ait uade inquit *G* 21 dicis (ti *s. l. m. 1*) *R*, dixisti *B*, dicis *edd.* 22 et *om. G* cuius *om. v*

leret. iam Christus pereuntem ueniebat ad puerum; sic eum centurio tenuit, ut indignitatem tecti sui confessus, quod filius dei totus non deberet intrare, sed suam uirtutem mittere, qua puer fugata morte reuiuiscere potuisset. non fortitudo centurionis, non sapientia laudata est, sed fides: et curatus est puer in illa hora. certe 'dantis est, non accipientis' multa sunt huiusmodi in euangelio de fide perfecta, sed uel tria conplenda sunt fidei testimonia. quid uobis uidetur et illa mulier, quae de secreto causae feminarum, cum per annos duodecim laboraret et omnem substantiam suam in medicos erogasset, cum uideret a filio dei tantas celebrari uirtutes, processit in turbam, uidet medicum, uidet et populum. cogebat illam dolor, ut medicinam peteret, pudor inpediebat, ne causam suam coram masculis indicaret. inuenit consilium tacita fides. mittam, inquit, manum meam et tangam fimbriam uestimenti huius, et sana fiam. nemine uidente inter turbas manum misit, tetigit et sanata est; nec ausa est indicare, quod ausa non fuerat petere. sed ne fructus fidei apud ignorantes latere uideretur, sic saluator ait: quis me tetigit? mirati sunt discipuli eius dicentes: turbae te conprimunt; tu dicis: quis me tetigit? et Christus: quis me, inquam, tetigit? sensi a me exisse uirtutem. sic mulier confessa est se tetigisse et sanam esse. iamdudum pro filia mater petiit, pro puero centurio postulauit; hoc loco nec mulier petiit, nec Christus promisit, sed fides quantum praesumpsit, exegit: certe 'dantis est, non accipientis.'

5 Matth. 8, 13 9—23 Luc. 8, 43—46; Matth. 9, 20—22; Marc. 5, 25—34

2 tenuit centurio in dignitatem (*om.* ut) *Gb* in dignitatem (in *s. l. m. 2*) *R* quo *G* 3 uirtutem suam mitteret *G* 4 et non fort. *RBv* 5 et non sap. *RBvb* 11 uiderat *B* 13 sed pudor *G* 15 et *om. G* 16 uest. eius *Gb* fiet *v (corr. Cochl.)* 17 tetigit *om. RBv* nec causa *B*, (*corr. m. 2 deleto* c) *G* 20 conprimunt (m *s. l. m. 2*) *R* 22 inquit *G* sentio enim *G* 23 se] sic *B* sanatam *Gb* 24 & 25 petit *G* 25 sed *om. G* tantum quantum sibi presumpsit exigit (*sic*) *G*, tantum quantum *b* 26 accipientis] *quae excipiunt in G* Et ut uel sero—non oportuit mori *hoc loco non probabilia in finem libri V transposuit Dup., om. RBvb*

9. Nam quod ad amplificandos tractatus tuos, frater Parmeniane, Naaman Syrum quasi inmaturam quandam durissimorum nascentium uulnerum massam diu describere uoluisti, quid hoc ad praesentem pertinet causam? bene hoc diceres et longa oratione recte uti potuisses, si inuenires aliquem catechumenum scabrosissimis moribus, qui gereret durissimam mentem, qui lenissimam gratiam aquae salutaris accipere detrectaret. bene hominis innouationem uerbis a te dictis ostenderes, bene ueternosam naturalem duritiam in infantilem carnem inmutari ac molliri posse monstrares. in hoc uero negotio, quod inter partes tempore praesenti tractatur, ut quid a te talis commemorata est lectio? in qua non legitur aliquis illum leprosum Syrum ante dictum uel iussione Helisaei lauisse, ut merito denuo melius lauaretur. quod et si fieret, nec sic uobis occurreret, quod recte imitari possetis. non enim legitur ille prius lauisse in fluminibus Syriae aut ab aliquo lotus esse et nihil profecisse. nam et si hoc legeretur non ad Helisaei laudem, qui non lauit, sed consilium dedit, sed ad Iordanis gloriam pertineret, illi homini in eo flumine primitiuam gratiam prouenisse, in quo postea sub Iohanne per confessionem in paenitentiam populorum peccata fuerant moritura.

13 cfr. IV Reg. 5

1 nam quod applicandos (*om.* ad) *G* amplificandum *v* 2 naman *B* Namansyrum *G* quando duriss. *B* 4 ad *ante* praesentem *om. RB* pertinet (ad *s. l. m. 1*) *R*, pertinet ad *B* dicere *RBv* 5 sed longa *RBv* si] ut *RBv* 6 caticumenum *RB*, caticuminum *G* scabrosis *G* 7 aquae *om.. RBv* 8 detractaret (e *s. l. m. 2*) *R*, detractaret *vb* nouationem *RBv* a te] ante *v* 9 ueterosam *B* infantili carne (*om.* in) *RBv* 10 hoc uerbo (*sic*) *R*, h. uerbo *B* 11 partes est *RB* 12 aliquem *G* 13 syrum *om. G* iussionem *G* (*quod iam Casaub. proposuit*) 13 & 18 helisei *libri* (helisey *B u.* 13) 14 et (u *s. l. m. 2*) *R*, et *B* denuo *om. G* nec si uobis *B* 16 lotum *G* 17 esset *RB* 18 ad ipsius iordanis gratiam pertinere (*sic*) *G* (*cfr. p.* 136, 20 *ubi* gratia *in G commutatur uerbo* gloria) 21 professione (*om.* per) penitentie populi *G* in penitentia *RBb*

10. Postremo qualis est illa pars tractatus tui de caelestibus nuptiis, ubi spem amputans futurorum totum in praesenti tempore posuisti dicendo a societate uestra proiectum esse eum, qui ianitores et ministros fefellerit uestros, ut a communione fidelium foras cum iniuria mitteretur. si ita est, nihil est, quod speret fides, nihil, quod resurrectio repraesentet, nihil, quod in caelis amplius expectetur, nihil, quod rex ille [caelestis] et pater familias deus in suo conuiuio agnoscat, cum praesentia multorum gaudeat et de aliquorum absentia contristetur. et multos dicat uocatos, paucos uero electos; nihil erit, quod irascatur uestem nuptialem non habenti, cum filius dei ipse Christus sit sponsus et uestis et tunica natans in aqua, quae multos uestiat et infinitos expectet nec uestiendo deficiat. sed ne quis dicat temere a me filium dei uestem esse dictum, legat apostolum dicentem: quotquot in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis. o tunica semper una et inmutabilis, quae decenter uestiat et omnes aetates et formas nec in infantibus rugatur nec in iuuenibus tenditur nec in feminis inmutatur! aderit profecto ille dies, ut caelestes nuptiae incipiant celebrari; illic qui baptisma singulare seruauerint, securi discumbent. nam, quicumque a uobis se rebaptizari consenserit, huiusmodi homini non denegatur resurrectio, quia credidit in resurrectionem carnis; resurget quidem, sed nudus. sed quia nuptiali ueste a uobis se expoliari permisit, hanc patris familias auditurus est uocem:

10 cfr. Matth. 22, 14 15 Gal. 3, 27

1 qualis—pars (*in ras.*) *B* est et illa *G* 4 fefellerat *v* uestrum *RB* 5 nihil] non *RB* 7 nihil in cael. *RBv* ille rex *G* 8 caelestis *om. RBvb*, (*quod cum sequatur* deus, *uncinaui superfluum*) 9 cum ad presentiam *G* 10 et] ut *G* et paucos (*om.* uero) *RBb* 11 erat *v*, *idem propos. Casaub.* 14 ne qui *G* 16 induistis] uos uestistis *G* 17 innumerabilis quae *RBvb* 18 rugat *libri* 21 nam *om. b* 22 se *om. R* baptizari *v* consenserunt *RBv* (*corr. Cochl.*) homini *om. B* 23 in resurrectione *Gb* 24 resurgit (e *s. l. m. 2*) *R*, resurgit *B* sed quia] et quia *G* 25 se spoliari *G*

'amice — hoc est diccre: agnosco te — aliquando renuntiaueras diabolo et ad me conuersus fueras et dederam tibi uestem nuptialem; ut quid sic uenisti non habens, quod tibi dedi?' hoc est dicere: quare non habes, quod tibi dedi? nemo enim potest irasci non habenti rem, quae data non sit. uestem nuptialem inter istos acceperas et solus non habes? quare nudus et lugubris uenisti? quis tibi detraxit spolia? quas fraudulentas adisti fauces? quos incurristi latrones? quotquot tales uenturi sunt, locum in illo conuiuio non habebunt.

11. Et ut uel sero conpendium faciam, credo etiam hoc sufficere; etsi tot probationes minime diceremus: uobis absentibus uerbo tenus baptizati sunt mille: ex his sorte sua defuncti sunt centum. abstinete paulisper ab hoc scelere manus. sanctitas, ut dicitis, uestra primo resuscitet sepultos, emendet, si potest, mortuos et sic reuertatur ad uiuos. si mortuos suscitare non potestis, ut quid uiuentibus conamini manus inferre, nisi ut conpleatur, quod per Ezechielem prophetam de uobis locutus est deus dicens: ut occiderent animas, quas non oportuit mori.

19 Ez. 13, 19

1 agnosce *v*, cognosce *b*, cognosco *scr. Casaub.* cum aliquando *RBvb et Casaub.* 3 ut quid . . . non habens q. tibi dedi *om. RBv* uenisti n. habens uestem nuptialem hoc est dicere . . . *b* 5 poterit *G* 6 istos] filios *B* 8 uel quas *G* 9 sunt hoc exemplo *G* 10 habebunt] EXPLICIT LIBER QVINTVS (*rubr.*) *R fol. 52* ᵃ, Explicit liber quintus *B fol. 53*ᵃ *1*, Explicit Liber Quintus (*rubr.*) *G fol. 51* ᵇ. *de uerbis supra sequentibus, quae desunt in RBv, cfr. p.* 138, 26 16 sic] si *G* 19 de uobis *om. d*

LIBER SEXTUS.

1. Ut mihi uidetur, liquido demonstratum est, in diuinis sacramentis quid nefarie feceritis. iam illa ostendenda sunt, quae crudeliter ac stulte uos fecisse negare minime poteritis. quid enim tam sacrilegum quam altaria dei, in quibus et uos aliquando obtulistis, frangere, radere, remouere, in quibus et uota populi et membra Christi portata sunt, quo deus omnipotens inuocatus sit, quo postulatus descenderit spiritus sanctus, unde a multis et pignus salutis aeternae et tutela

INCIPIT LIBER SEXTVS *(rubr.) R fol. 52* [a], Incipit Liber Sextus *B fol. 53*[a] *2,* Prefatio *(rubr.) G fol. 51* [b]*; sequitur in RBGd argumentum idemque in P legitur fol. 243* [b]: In (I *rubr. G*) hoc sexto (Sextus [*rubr.*] in hoc sexto *P*) libro (libello *G*) ostenduntur (continetur *RB*) scismatici (*om. RB*) hoc est episcopi (ostenditur episcopos *edd.*) partis Donati contra legem fregisse altaria et (*om. G*) inconsiderate (in cons . . *G*) conflasse et passim uendidisse uasa (uasa uend. *G*) dominica et lauisse quae lauanda non erant et mitellas puellis (puelis [l *corr. ex* r *m. 1*] *B*) mutasse de quibus nulla scriptura legitur. *sed in v argumentum copiosius perhibetur his uerbis:* Dictum est in Quinto de baptismatis et fidei uirtute ac declaratum quantum sit scelus, quanta impietas et iniuria rebaptizare catholicos: nunc superest commemorare in hoc sexto libro de reliquis Donatistarum sacrilegiis et stultitiis: Quibus uexare solent Catholicos, dum Altaria frangunt aut radunt, Dum reliquos Christianos in uniuerso terrarum orbe pollutos dicunt, Dum sacratas Deo uirgines iterum profiteri cogunt, Dum diuinae legis codices a Catholicis extorquent et Basilicarum parietes salsa lauant uelut pollutos et a suis discipulis alios seduci procurant. *Post argumentum addit. in G* Explicit prefatio *et in lin. sequ.* Incipit Liber Sextus *(rubr.), in v* Incipit Liber Sextus 2 ut mihi uidetur] indubitanter *RBvb* et liquido *b* 4 stultae *R* 5 enim *om. G* est tam *v* sacrilegum admissum sit *G* 6 radere et remouere ausi estis *G* et *om. RBvb* 8 sit] sinit (ni *eras.*) *B* quį̊ (o *s. l. m. 1*) *R, om. B* (*lacuna 2 litt.*) descendit *Bvb* 9 et *ante* pignus *om. RBb*

fidei et spes resurrectionis accepta est? altaria, inquam, in quibus fraternitatis munera non iussit saluator inponi, nisi quae essent de pace condita. depone, inquit, munus tuum ante altare et redi prius, concòrda cum fratre tuo, ut possit pro te sacerdos offerre. quid est enim altare nisi sedes et corporis et sanguinis Christi? haec omnia furor uester aut rasit aut fregit aut remouit. hoc igitur inexpiabile nefas, si de aliqua ratione descendit, uno modo fieri debuit. sed ut aestimo, alio loco copia lignorum frangi iussit, aliis uero ut altaria raderent, lignorum inopia imperauit; ut autem alii remouerent, ex parte uerecundia persuasit; ubique tamen nefas est, dum tantae rei manus sacrilegas et inpias intulistis. quid perditorum conductam referam multitudinem et uinum in mercedem sceleris datum? quod ut inmundo ore sacrilegis haustibus biberetur, calida de fragmentis altarium facta est. si liuoris iudicio nos uobis sordidi uidebamur, quid uobis fecerat deus, qui illic inuocari consueuerat? quid uos offenderat Christus, cuius illic per certa momenta corpus et sanguis habitabat? quid uos offendistis etiam uos ipsi, ut illa altaria frangeretis, in quibus ante nos per longa temporum spatia sancte, ut arbitramini, obtulistis? dum inpie persequimini manus nostras illic, ubi corpus Christi habitabat, feristis et uestras. hoc modo Iudaeos estis imitati: illi iniecerunt Christo manus in cruce, a uobis percussus est in altari. si catholicos illic insectari uoluistis, uel uestris illic antiquis

3 Matth. 5, 24

1 in quam *G* in *om. RB* 2 poni *RBvb* 3 qui . . . condita (*sic*) *B* Repone *G* 6 sedes corporis *G* 7 aut fregit aut rasit *G* 8 natione *RB* 9 frangi iussit—lignorum inopia *om. RBv* aliis] alii *G*, alio *b* 10 ut remouerentur (*om.* autem alii) *RBvb* 11 persuasit] iussit *RBvb* 13 conduct.] conuinctam *B* 14 in mundo *G* ore] opere *Bv* 15 altariorum *G* 17 illuc *vb* inuocare *G* 18 per cetera *RBv* (*corr. Cochl.*) 19 habitabant *d* qui (d *s. l. m. 1*) *R* uos *ante* offend. *om. d* offenditis (s *s. l. m. 1*) *R*, offenditis *Bv* 21 sanctąc (*sic*) *R* 22 feristis] infecistis *coni. Cochl.* 24 manus christo *edd.* altare *RB* 25 insectare *G*

oblationibus parceretis. ibi modo superbus inuentus es, ubi iamdudum humilis offerebas, ibi libenter peccas, ubi pro multorum peccatis orare consueueras. hoc faciendo in numerum sacrilegorum sacerdotum libenter intrastis, sociati sceleribus profanorum, de quibus apud dominum Helias propheta querelam deponit; his enim locutus est uerbis, quibus et uos inter alios ab ipso accusari meruistis: domine, inquit, altaria tua confregerunt. dum dicit 'tua', indicat, quia res est dei, ubi deo aliquid a quocumque oblatum est. sufficeret insaniae uestrae, quod membra laniastis ecclesiae, quod dei populos iamdudum in unitate positos uestris seductionibus diuisistis. inter haec omnia uel altaribus parceretis. cur uota et desideria hominum cum ipsis altaribus confregistis? illinc enim ad aures dei ascendere populi solebat oratio. cur concidistis precibus uiam? et ne ad deum supplicatio de more solito ascensum haberet, inpia manu quodammodo scalam subducere laborastis? et tamen cum omnium uestrum una sit coniuratio, in hoc titulo simili errore dissimiliter deliquistis. si sufficerat remouere, non licuit frangere; si oportuit frangere, rasisse peccatum est; si enim non licuit, sicut inter uos placuit, recte uidetur fregisse, qui fregit. iam reus est, qui maiorem partem radendo seruauit. quae est ista

7 III Reg. 19, 10

2 pro...peccata *G* 4 societati *B*, (et *punct. del.*) *R* soc. estis *G* 5 apud deum ab helia pr. querela deponitur *G* 6 deponet (i *s. l. m. 2*) *R* is enim *G* 7 accusare (i *s. l. m. 2*) *R* 8 dei est *G* 10 quod inembra (*sic*) *G* laniasti (s *s. l. m. 1 ut uidetur*) *B* 12 haec *om. B* 13 confregistis] euertistis *b* illic (n *s. l. m. 2*) *R*, illic *Bv*, illuc *G*, illac *b* enim *om. RBvb* 14 solebat populi *G* concidisti (s *s. l. m. 1 ut uidetur*) *B* 16 habeat *G* scalas *Gb* 18 delinquistis (*sic*) *R* sufferat (ce *s. l. m. 1*) *R*, sufficerat *B* 19 oportuit] *ab hoc uerbo incipit C* 20 licut (*expunct. sed nil corr. i. mg. ubi est rasura*) *G* uos *om. RBv* (*sed add. Cochl.*) 21 uidetur fecisse *CG* qui fregerit *RBvb* 22 maiorem (*bis pos.*) *B* seruabit (u *s. l. m. 2*) *R*, seruabunt *B*

noua et stulta sapientia nouitatem quaerere in uisceribus uetustatis et remota quasi quadam corporis cute in latenti corpore cutem quasi alteram quaerere! donum, quod ad se pertinet et in se totum est, quod unum est, inde cum aliquid fuerit ablatum, minui potest, non potest inmutari. rasisti equidem, quod tibi uisum est; sed adhuc ibi est, quod odisti. quid? quodsi sic coniurastis, ut quae a nobis in nomine dei in ipso ministerio tacta sunt, inmunda uiderentur? quis fidelium nescit in peragendis mysteriis ipsa ligna linteamine cooperiri? inter ipsa sacramenta uelamen potuit tangi, non lignum; aut si tactu possunt penetrari uelamina, ergo penetrantur et ligna; si penetrari possunt ligna, penetratur et terra; si a uobis lignum raditur, et terra, quae subter est, fodiatur, altam facite scrobem, dum pro uestro arbitrio quaeritis puritatem. sed obseruate, ne ueniatis ad inferos et illic inueniatis Core, Dathan et Abiron scismaticos, magistros scilicet uestros. ergo et fregisse uos et rasisse constat altaria. quid est, quod in hac re subinde uester quasi languere uisus est furor? uidemus enim uos postea mutasse consilium et altaria a uobis iam non frangi nec radi, sed tantummodo remoueri. si hoc sufficiebat, illa, quae prius a uobis facta sunt, et uos indicatis, quia fieri minime debuerunt.

16 cfr. Num. 16

2 uetustatis] maiestatis *b* cute (e *in ras.*) *R*, cutem (m *exp. m. 1*) *C* latente *edd.* 3 alteram] ad lateram *B* donet *R*, dono^{um} (um *s. l. m. 1*) *C*, donec *Bv* (donum—unum est *om. b*) ad ḍę se (*sic*) *R* 4 unde *RBvb*, inde (i *in ras.*) *C* 5 mutari non potest *RBb*, *om. v* 7 quod hoc si *RB* si *om. CG* 10 c^{o}operiri (o *s. l. m. 1*) *R* tangi potuit *G* 11 a^{t}usi (t *s. l. m. 1*) *C* tactum (tactu *b*) possit penetrari uelamen *vb* penetrare (e *fin. perduct.*) *C* 15 querita^{tis} (tis *s. l. m. 1*) *B* sed obserua te ne *v* (obsecro ne *Cochl.*) 16 inuenietis *RB* choreb *RB*, cores *v* (*corr. Cochl.*) dathan Chor^{h}e (core *m. 2 C*) et ab . . . *CG* abyron *BGv* 18 subinde] subi*to *R*, subito *Bvb* 19 uidimus *RB* 20 iam *om. CG* sed radi (*om.* sed *post* radi) *RBvb* 21 aut remoueri *RBvb* illa (a *corr. ex* e) qui *B* a uobis *om. RBvb* 22 uos (*bis pos.*) *RB* ex his iudicatis (*sic*) *v* et uos *om. vb* debuerunt a uobis *RBvb*

2. Hoc tamen inmane facinus a uobis geminatum est, dum fregistis etiam calices, Christi sanguinis portatores, quorum species reuocastis in massas merces nefariis nundinis procurantes — ad quam mercem nec emptores eligere uoluistis — sacrilegi, dum inconsiderate uendidistis, auari, dum uenditis. passi estis etiam conburi manus uestras, quibus ante nos eosdem calices tractabatis. eam rem tamen passim uendi iussistis, emerunt forsitan in usus suos sordidae mulieres, emerunt pagani facturi uasa, in quibus incenderent idolis suis. o scelus nefarium, o facinus inauditum auferre deo, quod idolis praestes, subducere Christo, quod proficiat sacrilegio!

3. Sed uideo hoc uos loco inuidiam nobis falso conflantes ad Aggaeum prophetam uelle confugere, ubi scriptum est: quae tetigerit pollutus, polluta sunt. liuore interueniente facile est iratis iactare conuicium; sed semper dum intenditur crimen, necessaria est manifesta probatio. quis enim nostrum intrauit templa? quis uidit sacra sacrilega? pollui homines possunt fumis, nidoribus, sacrilegiis, sacrificiis, sanguine; sed in hac causa quis ingressus est templum? quis incendit idolis? quis inmundis nidoribus maculatus est? quis sanguinem uel pecudis inmundae uel hominis fundi aspexit?

14 Aggae. 2, 14

1 hoc tam *C* a uobis *om. RBvb* gemin. est (*in ras.*) *B* 2 portitores *RB* 3 reuocastis (castis *in ras.*) *B* reuocatis (s *s. l. m. 2*) *C* mercedem . . . prouocantes *RBv* 4 aquam (*sic*) *R*, aquam *v* (*corr. Cochl.*) mercem *om. RBvb* 5 sacrilegium admisistis dum *CG* auari dum uenditis *om. RBvb* (*haec uerba Dup. post* eligere uoluistis *transposuit*) 7 tractatibus *v* (tractabitis *Cochl.*) tam̃ (~ *m. 2*) *B*, tam *Gv*, cum *d* passim uendiuis sistere. Emerunt *v* (*Cochl. propos.* iam (*loco* tam) passim uendidistis aere) 8 iussisti *B* sordidę (ę *add. m. 2*) *C* 11 prestet *G* 12 uos hoc loco *CGb* 13 aggeum *libri* 16 manifestanda *v* 18 fumis (e *s. l. m. 2*) *R*, fum|is (e *s. l. m. 1*) *B*, fumi sacrilegis *Casaub.* sacrilegis (o *s. l. m. 2*) *R*, sacrilegos (*sic*) *B*, sacrilego *v* sacrilegis nidoribus sacrificiis *b* sacrificiis *om. RBv* 19 in hoc (a *s. l. m. 2*) *R* ingressis est *CG* 20 intendit *v* est qui *B* 21 sanguine *CG* inmundi (ę *s. l. m. 2*) *R*, inmundi *CBG*

quem probatis ad aliquod facinus commodasse consilium? in societate alicuius sceleris uel unum episcopum conuincite, si potestis. de nescio quo primate suspicamini, qui eodem tempore ambulasse dicebatur. suspicio non est idoneum crimen. quis eum accusauit? quis eum conuicit? ubi uel erubuit uel confusus est? seruate uobis suspiciones uestras. igitur, sicuti supra diximus, in hac causa quicquid aspere fieri potuit, dum illa res in origine reuocatur, ad principes uestros pertinere monstrauimus; unde est, quod catholicos quasi pollutos appellas? an quia uoluntatem et iussionem dei secuti sumus amando pacem, communicando toto orbi terrarum, sociati orientalibus, ubi secundum hominem suum natus est Christus, ubi eius sancta sunt inpressa uestigia, ubi ambulauerunt adorandi pedes, ubi ab ipso filio dei factae sunt tot et tantae uirtutes, ubi eum sunt tot apostoli comitati, ubi est septiformis ecclesia, a qua uos concisos esse non solum non doletis sed quodammodo gratulamini. quia unitatem deo placitam amauimus, pollutos uocatis; quia Corinthiis, Galatis, Thessalonicensibus adsensum adcommodauimus communionemque coniunximus, pollutos uocatis; quia furtiuas uobiscum non legimus lectiones, pollutos uocatis — aut negate uos alienas lectiones legere, si potestis. ut quid audetis epistulas ad

1 ad *om. CG* aliquot *B* 2 societatem *CG* 3 de nescio quo —suspiciones uestras igitur (*u.* 6) *om. RBvb* primato (o *exp. et* e *s. l. scr. m. 1*) *C* 7 sicut *G* 8 in origene (e *prius corr. in* i *m. 2*) *C* uocatur *RBvb* 9 monstrabimus *RB* 11 sociari *CBGv*, sociati (t *corr. ex* r) *R* 14 filio dei *om. RBvb* totae tantae *v* (tot ac tantae *Cochl.*) 15 ubi cum eum sunt *CG* (cum *lineol. subscr. not. in G*) eum ṣụnṭ totị sunt ap. (*sic*) *R*, eum tote (*ultim.* e *uel* i *eras.*) sunt *B* 16 aqua uos *BG* conciosos *B* 18 amauimus] habemus *RBv* 18, 20, 21 uocas *RBvb* qui *v* corinthis (i *s. l. m. 2*) *R*, corintis (hi *s. l. m. 2*) *C* galatis (h *s. l. m. 2*) *C*, galathis *B*, gallathis *G* 19 tessalonic. (h *s. l. m. 2*) *C*, thesalon. *B* adcommodauimus (c *s. l. m. 2*) *R*, adcommodamus (*sic*) *B* communionemquae (*sic*) *R* 20 et quia *CG* uobiscum furtiuas *CG* 21 pollutos uocatis *om. CGb* uos non *CG*

Corinthios scriptas legere, qui Corinthiis communicare noluistis? ut quid ad Galatas, ad Thessalonicenses scripta recitatis, in quorum communione non estis? cum haec omnia ita esse constet, intellegite uos ab ecclesia sancta esse concisos et nos non esse pollutos. ubi est ergo, quod tibi putas Aggaeum prophetam posse succurrere? igitur altaria et uasa supra memorata et in manibus uestris iamdudum fuerant et in nostris: si infamatis manus nostras, quare illic damnatis et uestras? sed dicitis lectum esse: quod tetigerit pollutus, pollutum est. fac aliquem pollutum esse, ut possint ab eo tacta uideri polluta. esto, si solus sit tactus et non interueniat inuocatio nominis dei, quae et tetigerit pollutus, [polluta erunt] inquinari possunt, si de deo taceatur. nam si sit inuocatio nominis dei, ipsa inuocatio sanctificat, et quod pollutum esse uidebatur. denique cum ducenta et quinquaginta turibula, quae sacrilegorum et peccatorum manibus portabantur, cum eosdem peccatores absorberet terra, remanserunt de manibus eorum excussa turibula. et dum dubitaret Aaron sanctus sacerdos, quidnam de his faceret, audiuit uocem dei dicentis: tolle Aaron haec uasa et fac inde laminas et pone in angulis arcae testamenti domini, quoniam, licet illi peccauerint, qui ea ferebant, tamen uasa illa sancta sunt, quia nomen meum

9 Aggae. 2, 14 15 cfr. Num. 16 20 Num. 16, 37. 38

1 scripta *B* corinthis (*cfr. p.* 147, 18) *R* 2 galathas *RB* (*sed cfr. p.*147,18), gallatas *G* 4 esse *post* sanct. *om. G* 6 aggeum *libri* succurrere (re *fin. add. m. 2*) *R* et uasa] tua *RBv* 7 iamdudum—nostris si *om. RBv* 8 infamatus (a *s. l. m. 2*) *R*, infamatas *B* 9 tetigit *CG* (*sed cf. p.* 146, 14) 11 tactu (a *s. l. m. 2*) *R* esto] o *RB*, *om. v* sit *om. RB* 12 et non et (*sic*) *R* et *post* quae *om. CGb* tetigeritis (is *exp. m. 1*) *R* 13 polluta sunt *RBb* (*quae uerba uncinaui glossematis exemplum*) 15 esse putabatur *CG* uidebatur esse *B* cum C.Cta et L *R*, cum CC. et l^{a} *B* et *om. CG* 16 & 18 turabula (i *s. l. m. 2*) *R* 18 dum *om. Bv* 19 de iis *d* 22 domini *om. RBvb* peccauerunt *RBv* qui ea] quia *B* 23 et tamen *B*

illic inuocatum est, dicit deus. et utique plus est portare quam tangere. ergo iam liquido apparet ex inuocatione nominis dei posse aliquid sanctificari, etiam si peccator inuocet deum; non enim tantam uim potest habere tactus, quantam habet diuini nominis inuocatio. nam et uos, qui uobis de uestra sanctitate praesumitis, dicite, si tactus sanctificat aut inuocatio. utique inuocatio, non tactus; aut si de solo tactu praesumitis, tangite tabulam, lapidem, uestem: uideamus, an sancta esse possint, si de deo taceatur.

4. Iam illud quam stultum, quam uanum est, quod ad uoluntatem et quasi ad dignitatem uestram reuocare uoluistis, ut uirgines dei agere paenitentiam discerent, ut iamdudum professae signa uoluntatis capitibus postea uobis iubentibus inmutarent, ut mitellas alias proicerent et alias accepissent. primo dicite nobis, ubi uobis de mitellis aliquid mandatum est. uirginitas enim uoluntatis res est, non necessitatis. denique stabularius ille Paulus apostolus, cui confossus peccatorum uulneribus populus commendatus est, duos denarios, quos erogasset, acceperat, duo scilicet testamenta, haec per doctrinam quasi sumptus inpendit, docuit, quomodo coniugales christiani debeant uiuere: de quo cum quaereretur, quid de

16 — p. 150, 8 cfr. Fulgent. Rusp. ad. Monim. 2, 13 (193 Mgn.) 18 cfr. Luc. 10, 34. 35

1 illuc *RBv* dic. dominus *CG* 2 iam aliquid (a *del. et* o *suprscr. m. 2*) *R*, aliquid *v (corr. Cochl.)* 4 possunt habere *v* quantam (n *in ras.) C* 7 si *(s. l. m. 2) R* 9 sed de *B* 10 illud quod st. *B* est *om. vb* 11 uoluistis *(in ras.) B* 12 uirgi *(sic) B* agerent ... discentes (dicentes *m. 1 B*) *RBv* agerent (*om.* discentes) *b* 13 postea] imposita *Casaub.* accepissent postea uero uobis *v* uobis] uero *RB* uobis iubentibus *om. C* 14 m. alias] m. aureas *RBv* et *om. RBvb* acciperent *d* 15 dicite nobis *om. RBv*, dicite ubi *b* aliquid de mitella *RBvb* 16 uirginitas enim—aut cogit *(p. 150, 8) Optati uerbis usus adfert Fulgentius l. l.* non necessitatis *om. B* 17 ille apostolus Paulus *sic apud Fulgentium* confessus (o *s. l. m. 2) C* peccatoribus in uulneribus *B* 18 est *om. RBvb* 21 debent *v* a quo *edd. (praeter Fulgent.)* de quo ipse cum *CG*

uirginibus praeciperet, respondit de uirginibus nihil esse mandatum. confessus est se duo testamenta, hoc est duos denarios erogasse: expliciti erant quodammodo sumptus, sed quia, qui saucium commendauerat, promiserat se redditurum, quicquid in curam amplius erogasset, post inpensos duos denarios non praecepta, sed consilium erogat Paulus ad uirginitatem; nec inpedimento est uolentibus nec nolentes inpellit aut cogit: qui dederit uirginem suam, bene facit, et qui non dederit, melius facit. haec sunt uerba consilii nec ulla sunt praecepta coniuncta, uel de qua lana mitella fieret uel de qua purpura pingeretur. non enim hoc panno potest uirginitas adiuuari, non inde conpescuntur aestus animi, quos interdum aetas accendit, non inde subleuatur mens, quae nonnumquam desideriorum ponderibus premitur. nam si ita esset, non una sed plurimae uirginis capiti inponerentur, ut, quotienscumque animum carnis desideria pungerent, contra inpugnationem mentis mitellarum numerus dimicaret. res inuenta est ad signum capitis, non ad remedium castitatis. denique talis pannus ueterari et rodi et perire potest; et tamen uirginitas, si inlaesa sit, sine mitella tuta esse potest. spiritale nubendi hoc genus est. in nuptias sponsi iam uene-

2 cfr. I Cor. 7, 25 8 ibd. 38

1 praeciperet respondit *om. RBv* respondit sibi *b* sibi de uirg. *Fulgent l. l.* de uirgin. *om. RBv* 2 mandatum confessus est. Sed duo *v* se *(s. l. m. 1) C*, sed *RB* 3 quodadmodo *R* 4 quia *om. CG et Fulgent. l. l.* sanctum saucium *v* (sancto *uel* sano *coni. Cochl.*) 5 in cura *CG et Fulgent. l. l.* amplius (ius *in ras.*) *C* 6 erogabat . . . ad uirgines *CG* 7 est uoluntatis *RB*, est uoluntati nolentes *v (Cochl. i. mg.* addo neque) 8 dederit inquit *CGb* uirginitatem *RB* 11 fieret aut *RB edd.* de purpura *G* panno hoc *RBvb* 12 non enim inde *b* concupescuntur *CG* 13 quos (s *corr. ex* d) *B* aestas *Rv*, estas *B*, (*corr. m. 2 i. mg.*) *G* 14 praemitur *(sic) R* 15 uirginali capiti *CG* capitum (mitellae *add. Cochl.*) ponerentur *v* 16 an/mum *(sic) B* desideria carnis *CG* 17 mentis *om. v* 18 capiti *v* 19 ueterari] et errare *libri d,* deturbari *vb,* usu ueterascere *coni. Zycha*, ueterari *scripsi* (cfr. *Rönsch Ital. p.* 169) 20 tamen] ꝑꝑ *(sic) R, om. B* 21 uenerat *RB*

rant uoluntate et professione sua; et ut saecularibus nuptiis se renuntiasse monstrarent et iunctas spiritali sponso, soluerant crinem: iam caelestes celebrauerant nuptias. quid est, quod eas iterum crines soluere coegistis? quid, inquam, quod ab ipsis per uos exacta est secunda professio? quis est alter spiritalis sponsus, cui iterum nuberent? quando mortuus est, cui nupserant, ut iterum nubant? nudastis denuo capita iam uelata, de quibus professionis detraxistis indicia, quae contra raptores aut petitores uidentur inuenta. in mitella indicium est uoluntatis, non castitatis auxilium: ut rem iam deo deuotam nec, qui sponsabat, perseueret petere aut ne raptor audeat uiolare. signum est ergo, non sacramentum. inuenistis igitur huius modi uirgines, quae iam spiritaliter nupserant, quas secundas coegistis ad nuptias, et ut crines iterum soluerent, imperastis. hoc nec mulieres patiuntur, quae carnaliter nubunt. ex quibus si alicui maritum post matrimonii orbitatem mutare contigerit, non repetitur temporalis illa festiuitas. non in altum tollitur, non populi frequentia procuratur. detraxistis igitur non capitis ornamenta, sed, ut supra diximus, melioris uoluntatis indicia.

1 iam uoluntate *B* ex professione *v* ṣua (s *s. l. m. 2*) *R* 2 monstraret *R*, monstrare *B* et iunctam *(sic) B, i. mg. adp. m. 2 R, om. CGvb*, et iunctas *d* 3 crimen *(corr. m. 2) R* crinem] temere *v* (*corr. Cochl.* crines) nuptias celebr. *CG* 4 & 14 cogistis (e *s. l. m. 1*) *B* 5 professio secunda *vb* est *post* quis *om. G* 6 est *om. B* 7 nudatis *CG* 9 mitellam *(sic) R*, mitellam *B* est *om. CG* uoluntatis (n *in ras.*) *C* 10 auxilium est *CG* utrum rem *(sic) R, om. B* iam dum (ũ *s. l. m. 1*) *R* deuotam an quis (ec *s. l. et puncto* a *del. m. 2*) *R* ut cum iam dum deuotam an quis *v* (*Cochl. coniec.* ut eam iam dum | deuotam ne qui) nec quis *B*, ne qui *b* 11 sponsabat repeteret aut *CG* uiolare auderet *CG* 12 non sacramentum inuen. igitur *om. G* sacramentum uirginitatis. Igitur *coni. Dup.* ergo huiusmodi *C* 13 quasi secundas (que si sec. *B*) *libri*, quas *scripsi* secundo *v* 14 in nuptias *CG* et *om. RBvb* 16 maritum maritũ marit *(sic) B*, post m. orbitatem *om. RBvb* orbitate *G* 17 illa temporalis *vb* 19 melioris *CG (cfr. supra I Cor. 7, 38)*, bonae uoluntatis *RBvb*

iam consecratos deo sparsistis inmundis cineribus crines, iussistis etiam salsa aqua perfundi. et utinam uel id, quod tulistis, uelociter reponeretis: produxistis moras, ut retractae in pristino habitu aliquae diutius remanerent, retractis signis, quibus se iamdudum contra petitores et raptores muniuerant. qui cum uiderent praescriptionem sibi iamdudum obpositam a uobis esse sublatam, de sponsis raptores effecti sunt: nec uisus est sibi unusquisque peccasse, dum talem rapuit, qualem uiderat, quando, ut uxorem acciperet, postulabat.

5. In hoc genere quanta damna fecistis deo, quanta lucra diabolo procurastis! conflastis inpie calices, crudeliter confregistis et inconsulte rasistis altaria; puellas miseras non sine obprobrio, ut secundam mitellam acciperent, coegistis, cum de prima in lectione recitari non possit. et illud praetermittere nequeo, quod nec deo est placitum nec a uestris cultoribus excusari nec ab aliquo homine defendi potest. per iudicia saecularia et leges publicas diuinae legis instrumenta executione officiorum a plurimis extorquenda esse duxistis, uolentes soli habere, quod pax in commune possederat. non uereor christianus dicere, quod uobis postulantibus gentilis

1 consecratos (a *s. l. m. 2*) *R*, consecratas *Bvb* aspaersistis (ae *ex* a *corr.*) *R*, aspersistis *Bvb* inmundis – iussistis *om. RBv* 2 perfundi] *Cochl. coniec.* perfudistis id *om. CG* 3 uelociter reuocare (reuore *B*) uelletis *RBvb* produxistis] interposuistis *RBvb*, protraxistis *d* retroactae *CG* 4 detractis *coniec. Cochl.* 5 petitores raptoresque *CG* murauerant *CGv* (muniuerant *Cochl.*) murauerant (ni *s. l. m. 2*) *R*, muniuerant *B* 7 reptores (a *s. l. m. 1*) *C* 8 rapit *CG* 9 acciperet (t *add. m. 2*) *R* postolabat (u *s. l. m. 2*) *R* 10 tanta damna *RBvb* fecisse *RB* 11 conflatis (s *s. l. m. 1*) *C* ac crudeliter confregistis (*om.* et) inconsulte *CG* crud. fregistis *RBvb* crudeliter *om. d* 13 obprobriom *(sic) R* secundum (u *fin. corr. in* o *m. 1*) *R*, secundo *B* secundas mitellas *CG* 14 cum de prima—non possit *om. b* in *om. RBv* de prima lectio (= scriptura) *Casaub.* 17 diuina elegis *(coniunx. m. 2) C* 18 exsequtione *(sic)* . . . a'plurimis (' *m. rec.) C* extorq. . .] eripienda esse dixistis *RBvb* 19 haberi *v* in communione *edd.* possiderat (e *s. l. m. 2*) *R* 20 uerear *G* postolantibus (u *s. .m. 2*) *R*

executio non potuit ignorare: uelamina et instrumenta dominica extorsistis, quae iamdudum fuerant in commune possessa; extorsistis cum codicibus pallas; iudicio superbiae uestrae utraque arbitrati estis esse polluta. nisi fallor, haec omnia purificare properastis: lauistis procul dubio pallas; indicate, quid de codicibus feceritis. in omnibus iudicium prouidentiae uestrae debet esse aequale: aut utrumque lauate aut utrumque dimittite. quodsi aliter facias, corrupisti diligentiam tuam; pallam lauas, codicem non lauas: si in una parte bonum est, in altera malum est. non potes negare offendere te in una, si in altera promereris, et si gaudes, quod in una uidearis religiosus, debes et plangere, quia teneris in altera parte sacrilegus.

6. Iam illud quale est, quod in multis locis etiam parietes lauare uoluistis et inclusa spatia aqua salsa spargi praecepistis. o aqua quae dulcis a deo creata es, super quam ante ipsos natales mundi sanctus spiritus ferebatur. o aqua, quae ut purum faceres orbem, lauisti terram! o aqua, quae sub Moyse, ut naturalem amaritudinem perderes, indulcata ligno tot populorum pectora suauissimis haustibus satiasti! restabat tibi

17 cfr. Gen. 1, 2 19 cfr. Exod. 15, 23—25

1 executio] excusatio *RBv* uelamina] uolumina *coniecit Cochl. et probauit Casaub.* strumenta *RBv* (instrumenta *Cochl.*), ins/trumenta *C* (*sed cfr. p.* 30, 1) 2 extorxistis *B* quae iamdudum—extorsistis *om. CG* in communione *RBvb* (*cfr. p.* 152, 19) 3 extorcistis *B* id est cum codic. *CG* pallas] pallia *propos. Casaub.* (*cfr. Uictor. Utic.* 1, 39; 2, 18) 4 omnia *om. RBvb* 5 lauisti (s *add. m. 1*) *B* sine dubio *CG* 6 prouidentia (e *s. l. m. 1*) *B* 7 laua . . . dimitte *RBvb* 8 facis *CG* corrup.] concupisti *RB*, concupisti, diligentia tua p. *v* 9 codicem non lauas *om. RBv* 10 est *ante* in *om. vb* in alteram *B* non potest negari offendi *v* offenderis in una *RB* 11 in unam *G* in alter *B* promereris] praemereris (re *del. m. 2*) *C* pre meris *G* 12 uideris esse *CG* 14 et parietes *v* 15 inclusa] in causa *RBv* (*Cochl. coniecit* sine causa) aqua *om. RBv* 16 dulcis quae *CG* creata est *codd.* supra quam et ante *CG* ipsius natalem *RBvb* 17 spiritus sanctus *B* 18 lauisti terraruṁ rabidam gentem *CG* moysen *RB*

post promotionem non leuiter degradari. praesentia Moysi in te amaritudo moritur et a scismaticis hodie cum catholicorum turba dulcedo tua uexatur. pares patimur bellum, pares expectamus uindicem deum. dic, frater Parmeniane, quid uobis fecerat locus, quid ipsi parietes, ut a uobis ista paterentur. an quia illic rogatus est deus? an quia illic laudatus est Christus? an quia illic inuocatus est spiritus sanctus? an quia uobis absentibus illic prophetae et sancta euangelia recitata sunt? an quia illic fratrum iamdudum litigantium concordauerant mentes? an quia unitas deo placita in qua habitaret, inuenerat domum? indicate, quid illic lauare potuistis. si catholicorum uestigia et in uico et in platea calcauimus, quare non omnia emendatis? nam et fouendorum corporum causa eadem nos et uos lauacra pariter abluerunt et ante uos frequenter nostrorum loti sunt multi. si post nos purificanda putatis omnia, lauate et aquam, si potestis; aut si uestigia, ut supra diximus, nostra uobis uidentur esse polluta; sufficeret terra; ut quid et parietes lauare uoluistis, in quibus humana non possunt poni uestigia? parietes non calcare, sed tantum uidere potuimus. si et quod tangit aspectus, lauandum esse censetis, cur cetera dimisistis inlota? uidemus tectum, uidemus et caelum, haec a uobis lauari non possunt. illa lauando promeriti estis deum, ista non lauando inexpiabile uidemini incurrisse peccatum. cum igitur alibi quasi diligentes uideri uultis, alibi neglegentes estis inuenti — si tamen dili-

1 praesentia] prece antea *coni. Casaub. Exod. 15, 25 adferens* 2 et ab *CG* scimaticis *(s. l. m. 1* s) *B* 4 uindicem] iudicem *CG* dicite *RBvb* 5 a uobis *om. RBvb* 7 illuc inuocatus *R* est χ *(sic) B* 9 illic iamdudum fratrum *CG* 10 concordauerunt *B* 11 habitabat *vb* 12 plateis *CG* 14 nunc pariter habemus et ante *CG* 15 si *om. Bv* 16 ausi (t *s. l. m. 2*) *C* 17 dixi *RBvb* esse uidentur *vd*, nostra esse uobis uidentur *b* 18 ut *om. RBvb*, ut qui *CG* 21 censeritis *B* in lota *G*, in lotã *B* uidimus t. uidimus *RB* 22 tectum] tecum *B* 23 si illa (illam) *C,G* estis promeriti *CG* deum] dominum *RB* ista] illa *CG* 24 diligentes essetis inuenti *(cetera desunt) RBv*

gentia dicenda est stultitia et, ut uero nomine appellem, uanitas uestra: nisi forte quia hoc faciendo in pauorem misistis populos inperitos, ut, quia lota est columna, lauarentur et corpora. si in his rebus consilium latet, miseros subtiliter decepistis; si talis res sine consilio gesta est, manifesta est uestra hebetudo. haec uos stulte fecisse et a uobis seducti cognoscunt nec uos ipsi negare poteritis.

7. Quid referam etiam illam inpietatem de uestra coniuratione uenientem, quia ad hoc basilicas inuadere uoluistis, ut uobis solis cimiteria uindicetis non permittentes sepeliri corpora catholica? ut terreatis uiuos, male tractatis et mortuos negantes funeribus locum. si inter uiuentes certamen fuerat, odia uestra uel mors aliena conpescat. iam tacet, cum quo paulo ante litigabas; quid insultas funeri? quid inpedis sepulturae? quid cum mortuis litigas? perdidisti malitiae fructum. et si corpora non uis in unum quiescere, animas tamen in uno apud deum positas non poteris separare.

8. Omnia denique, quae a uobis geruntur, ex toto narrari non possunt, sed tamen concedantur uobis, qui erroris huius magisterium possidetis. iam et de uestris silere quis posset, de illis scilicet, quos aut factione aut subtilitate, ut uestros faceretis, seducere potuistis, non solum masculi sed etiam feminae: ex ouibus subito facti sunt uulpes, ex fidelibus perfidi, ex patientibus rabidi, ex pacificis litigantes, ex simplicibus seductores, ex uerecundis inpudentes, feroces ex mitibus, ex innocentibus malitiae artifices. post quod ad uos delapsi

1 dicenda est] dici potest *CG* appelletur *RBvb* 2 in pauore *libri* 3 lauarentur *(sic) B* 4 misericors *B* 7 poteriti (s *add. m. 1*) *B* 8 et illam *CG* 9 qui *C* inuadere uoluistis (e uo *ex correctura m. recent.*) *C* 11 terreretis *RBv* tractastis *RB* 12 fuerat certamen *edd.* 14 litigebas *(corr. m. 1) R* imputas sepulturae *v* 15 sepulturam *edd. (cfr. Rönsch Ital. 413)* litigabas *(sic) R* perdis *CG* 17 tamen in unum *Cochl.* 19 sed concedatur (*om.* tamen) *RBvb* 20 possit *C* 21 et de illis *v* 22 faciatis *v* et non solum *CG* 23 ex hominibus *v* factae *C*, facte *G* 24 rabidi (b *corr. ex* u *m. 2*) *C* 25 ex mitibus feroces *CG* 26 post quot *B* delapsi sunt aut delapsi *(sic) v*

sunt aut delapsae, dolent alios ibi esse, ubi nati sunt; bene stantes in lapsus suos inuitant; si scirent se gloriam consecutos, felicitate sua tacite fruerentur. nunc autem perditos transitus suos consolari cupientes, ceteros ut similiter labantur, inuitant et residentes in sinu matris ecclesiae quasi pigros et tardos accusant. his enim uerbis loqui non erubescunt: 'Gai Sei uel Gaia Seia, quamdiu te tenes?' hoc est dicere: iam meum sequi debes errorem, iam debes deserere ueritatem. [quam diu te tenes? hoc est dicere:] imitare lapsus meos, imitare transitus turpes. quamdiu fidelis uocaris? iam fidem desere, iam paenitentiam disce: uos estis aucupes, et illi aut illae sunt aues. sed quia non est unum aucupum genus: alii sunt, qui arte simplici altis fundatas radicibus in faciem nemoris diffusas arbores petunt, ubi aues simplici uolatu naturalibus ramis insidunt; non illic numerantur fraudes, non artificiosa consilia; ars una est et sola capiendi peritia. illi uos aucupi similes dico, qui post discessum noctis ante lucis aduentum non aliorum more naturales uadit ad arbores. sed ipse arborem portans futurum nemus stringit in fascem aridam arborem nullis radicibus fultam multiplici fraude conponit. cui adulterinos inserit ramos, et quae suas iamdudum succisa perdiderat, alienas accipit frondes. alias aues clausas portat in cauea, euisceratas alias ad imaginem uiuentium, olim ex-

3 fruentur *B* perditi *v*, perdit *b* 4 labentur *RB*, labantur (b *ex* u *corr. uidetur*) *C* 5 inuitat *(corr. m. 2) C* in sinum *CG* ut quasi *(sic) R*, ut quasi *v* 6 enim] etiam *C* erubescent *(corr. m. 2) R* 7 Gaisei uel Gaiseia *(sic) R*, gaisei uel gaiaseia *CG* (*i. mg. nonnulla erasa, ex quibus exstat* gaiseia *G*), gasy ul gasya *(sic) B* 8 iam meum—est dicere *om. RBv* 9 quam—dicere *uncinaui* imitari *(corr. m. 2 hic et ante* transitus) *R*, 9 & 10 imitari *B* 10 transititus *B* fideli suo caris *(corr. m. 2 uel 3) G* uoceris *RBv* 12 aucupium *R*, aucupii *CG* 13 altis fundatas—aues simplici *om. RBv* 16 peritia *om. RBvb* illius peritia. Uos *CG* 18 naturalis *CG* 19 stringit fasce in ar. *v* 21 cui (i *corr. ex* m) *B* adulteri nos *G* succisas *CG* 22 accepit *RBv* portant *R*, portant *B* 23 in caueis *CG*, incaua *(corr. m. 1) B* eiusceratas *G*, et uisceratas *Bv*, uiscerata *(sic) b*

tinctas fallacibus ramis quasi uiuentes inponit. aliae latent in caueis, aliae quasi uiuentes uidentur in ramis. iungitur una geminata fraude calliditas, et ut decipi uiuarum uolantium simplicitas possit, quas mortuas esse constat, uidentur tendere colla cum uocibus, et quae latent in carcere suo, quasi de gutture cantant alieno. inter alterius imaginem et alterius uocem dolus unus operatur: captiuae liberas capiunt et mortuae uiuentes occidunt. tales sunt, quos aut rebaptizatione aut paenitentia sauciastis, ne soli aut solae perisse uideantur, alios uel alias secum perire magno studio et labore contendunt.

1 uiuentes (en *in ras.*) *C* 3 uiuarum] auium *CGb* 4 quas morτ (*uel* mori) uas *(ligat. m. 2) C*, quasi moriuas (i *corr. in* t *m. 1, ut uidetur) G* 5 ẹ̈t *(corr. m. 2) R*, ut *B* 6 de gutturae *R* cantent *RB* 9 sociastis *RBb*, saciastis *v* solę *R*, sole *B* 10 labore et studio *vb* 11 contendunt] EXPLICIT LIBER SEXTVS *R fol. 58*^{b}, EXPLICT LIB VI^{tus} *(inter* LIB *et* VI *capitis humani forma ridicule depicta est) C fol. 7*^{a}, EXPLICIT LIBER SEXTVS *B fol. 60*^{a} *1*, *(rubr.) G fol. 57*^{b}, Finis *v (haec sunt ultima Optati librorum in v)*

LIBER SEPTIMUS.

1. Post traditores ostensos et sanctam ecclesiam demonstratam, post repulsas quas ingerebatis calumnias et post peccata uestra, quae a deo increpari meruerunt, ordine suo et iteratio sacramentorum et praesumptiones uestrae et terrores ostensi sunt. iam responsorum dictorumque nostrorum finis esse debuerat; sed quoniam post inuidiae siluam securibus ueritatis abscisam uideo adhuc uestras uel uestrorum

INCIPIT LIBER SEPTIMVS *(rubr.) R fol. 58*^{b}, INCIPIT PF̄ATIO *C fol. 7*^{a}, Incipit liber septimus *B fol. 60*^{a} 1, Incipit prefatio *G fol. 57*^{b}. *additur huius libri argumentum, a quo incipit A fol. 4*^{a} *cp. primum et secundum fere totum continens, in ARBG idemque exhibetur in P fol. 244*^{a}*:* In hoc nouissimo (Septimus *[rubr.]* nouissimo *P*, in hoc *om. PRB*) libro hoc est septimo (hoc e. sept. *om. CG*) continentur (continetur *P*, continent * * *A*, *om. RB*, *sed postea add. post* demonstrati) traditores, qui in primo libello (libell* *A*, libro *CG*) sub nominibus (* * b nominib [*sic*] *A*) suis et locis et confessionibus sunt (confession * * * * * * nt *A*) demonstrati (dem * * s/trati *A*, demonstrati continetur *RB*), non (*om. CG*) graue (grauem *P*) peccatum habuisse (i *eras. A*), qui necessitate, non uoluntate peccauerint (uolumtate pecca * * * * nt *A*), bono unitatis etiam tales in communione (in com * * * * * ne *A*) recipi potuisse (potuissent *A*, etiam tales—recipi potuisse *interciderunt in CG*). EXPLICIT PRAEFATIO FELIC * * E * (*i q.* feliciter) *et uersu sequenti* LEGAS *(quod uerbum cum tribus lineis proximis*—ingerebatis calum *rubr.*) *A*, INCIPT̄ LIBER VII *C*, Incipit. Liber. Septimus. Sancti. Optati. *(rubr.) G* 2 ^{h}ostensos (h *suprasc. m. 2*) *C* demonstrata *A*, demonstratã (~ *m. 2*) *C* 3 ingeratis *G* calunias *B* 4 p*ccata .... a do**crepari *A* or**ne suo *A* 5 iteratio] ratione *R*, ratio *Ab*, traditione *CG*, oratione *B (corr. Dupin.)* *acramentorum *A* presumptiones (s *fin. add. s. l. m. 1*) *B*, *rac****onis (*siue* rae..) *A* errores *ARBb* 6 sunt *uel* sint *A* dic**rumque *(membr. perforata) A* 7 securi/b** *A* 8 uideo (o *minus clare scr.*) *A* ues/tras *A* uel uestrorum *om. b*

prouocationes pullulare, quas uos audio dicere, ad unam communionem non oportuisse quaeri, cum filios traditorum uos esse constiterit, ad ea pauca respondeam. reuera sufficiebat sibi ecclesia catholica habens innumerabiles populos in prouinciis uniuersis, sufficiebat et in Africa, licet in paucis; sed deo uestra separatio non placebat, quoniam diuulsa fuerant unius corporis membra et contra uoluntatem dei fratres a fratribus errabatis. quamuis domesticum iudicium in parentibus uestris operatum sit, ut ultro recederent, qui pro admissa traditione abici debuerant, nullum iudicium celebratum est, sed sententiae est operatus effectus. pellendi fuerant post traditionem, de qua sibi in concilio Numidiae confessi sunt; sed ne inuidia esset, excusata est iudicandi seueritas, dum maiores uestri ultro inuenerunt de reatu consilium, ut cooperto crimine suo quasi superbi discederent, quibus et dolere et erubescere debebatur. illi namque si illo tempore bono pacis unitatem facere debuerant, etiam et ipsi ab ecclesia non fuerant repellendi, in quibus necessitas excusauerat uoluntatem. non enim aliqui illorum sponte tradiderant aut hoc peccatum cum ceteris delictis poterit coaequari. quicquid enim deus fieri noluit, ore suo prohibuit, quo modo dixit: non occides, non moechaberis, et cetera. potuit etiam hoc prohibere,

21 Exod. 20, 13. 14

1 prouocati⌣ones (ti *in ras.*) *C*, prouoc****nes *A* pullulare posse quibus potestis dicere *RBb* (quas—audio *om.*) 2 uenire non oportuisse (*om.* quaeri) *RB* 3 constite**t *A* s*ffi/ciebat *A* 4 *eclesiacatholica (a *principale eras.*) *A* catotholica (to *expunx. m. 2*) *C*, *om. b* 9 operatum est *A* re⌣cederent *A* admisso *A* 10 tr̀aditionis culpa *RB* debuerunt *A* 11 est *om. B* 12 cons̨ilio (c *uel* a *s. l. m. 1*) *B* 13 ne in inuidia essent *G*, (in *s. l. m. 2*) *C*, inuidiae essent *b* est] et *RB* iudicandicandi *G* saeueritas (a *prim. eras.*) *A* 14 de re (*ligat. B*) actum *RB* concilium *B* 15 dolere̩t *R*, doleret *B* 16 illorum temp. *A* bono pacis unitatem facere debuerant (unitas fieret *ARB*) et si (e. s. *om. CG*) ad ecclesiam *libri; interciderunt itaque in omnibus libris* etiam et ipsi—quamquam etsi illorum (*p* 163, 26), *quae Balduin. in II. edit. (p. 69 a—71 b) ex Tiliano quodem codice deprompta hoc loco inseruit, Dupin. in appendicem reiecit spuria plerisque probatas. sed cfr. praefat.*

quod a parentibus uestris admissum est; sed quoniam aliud est, quod facit animus, aliud est, quod operatur euentus, quicquid de uoluntate potest ab homine fieri, hoc meruit prohiberi; quicquid necessitas peccat, non potest magnis uiribus accusari. denique uoluntas habet poenam, necessitas ueniam. homicida, scelus dum nemo cogit, potest et facere, potest et non facere; adulterium moechus, dum de foris nemo conpellit, potest admittere, potest et non admittere, et cetera huiusmodi, in quibus liberum habetur arbitrium. ideo prohibita dum geruntur, iudicio destinantur, non interdicta dum aliqua necessitate fiunt, forte facile dignetur ignoscere, qui noluit prohibere. deniquedelictum, hoc quod quasi capitale potuit obi i parentibus uestris, si illo in tempore nudarentur aut in iudicium uocarentur, possent sibi exemplo non uno succurrere, ubi primis temporibus aut tabulae legis fractae aut libri traditi esse leguntur uel incisi et incensi, et nemo damnatus est. si, ut supra dixi, parentes uestri illo tempore nudarentur, si accusari potuissent, sine dubio dicerent se nihil amplius fecisse a Moyse legislatore, quamuis non sibi similent sed inter se repugnent necessitas et uoluntas, cum eodem nomine legis parentum uestrorum et Moysi una fuerit causa. possent dicere parentes uestri illud se de necessitate fecisse, quod Moyses prior fecerit de uoluntate. qui cum populo indignaretur, non considerauit, quia deus digito suo scripserat — et plus est, quod scriptum est in caelo, quam quod in terra, et non est unum, quod fecit dei digitus et quod scripsit calamus humana manu conpositus. Moyses ferebat, quod per nubem acceperat, et parentes uestri tradiderunt, quod data mercede confecerant. recte se parentes uestri defenderent docentes capitale crimen non esse, si id fecisset unusquisque eorum magno metu perterritus, quod Moyses fecisset iratus. et non legimus dominum indignatum esse Moysi nec uindicasse confractas tabulas, quas manu sua perscripserat, nec peccator appellatus est nec punitus. sic lex

15 & 23 sq. cfr. Exod. 32, 19; Deut. 9, 17

a deo profecta est, ut aqua de fonte dilabitur aut poma, quae de arbore salua radice carpuntur. non perit, quod erogatum est, si in origine sua saluum est. denique Moyses post tabulas sparsas legis et comminutas non damnari meruit et Sina postea montem reuocatus ascendit et loqui cum deo iterum meruit et secundum legem innouatam accepit, quam prodiit titulus libri, qui Graeco uocabulo deuteronomos scribitur. ecce non perit in lege, quod saluum fuerat in origine. sed ne cui uideatur Moyses habuisse meritum, ut de conloquio quandam apud deum fiduciam et ideo deum non iratum esse, et hoc si ita esset, semper amicitia meritum suum et fructum exigere debebat: quare in eum postea uindicatum est, quod offendit? nonne ut ostenderetur leue fuisse illud, quod iratus admiserat? lex in deo sana fuit, et postquam ab homine cum tabulis lapideis fracta est; deuotio quae ab homine debebatur, ubi exhibita non est, Moyses illam poenam meruit, ut medio itinere moreretur, ne terram promissionis intraret, unde constat non magnum peccatum posse conputari, quod in praesenti exemplo potuit inpune committi. haec si a parentibus uestris dicerentur, quis eis communionem negare potuisset? quid? si et illa consequentia exempla proponerent, in quibus legitur, innouata lex cum haberetur in arca et populus Israhel in proelio uinceretur. lex quae in arca consilio populorum in hostes adlata est, quae ab ipsis presbyteris et ceteris filiis Israhel defendi non potuit, et inimicis est tradita, dum minus est reportata: tradita lege qui adferendam dixerant, fugerunt timidi et non leguntur postea in uindicta aliquid passi. si a parentibus uestris haec ratio redderetur, quis eos a communione sua repellere potuisset? quid? si nec illa exempla tacuis-

5 cfr. Exod. 34, 2; Deut. 10, 1 16 cfr. Num. 20, 12; Deut. 1, 37 22 sq. cfr. I Reg. 4, 3—11.

1 perfecta *b* 4 cum non damn. *scr. Casaub.* meruisset (*om.* et) *b* 6 prodidit *coni. Casaub.* 13 non ut *b* 14 sana] *malim* sancta *cfr. Rom. 7, 12* 15 facta *b* facta est deuotio qua *coni. Casaub.* 16 illa poena *b* 18 praesenti] praeceptis *b* 19 patuit *b*

sent principes uestri, quibus legitur Baruch librum legis, quem ex ore Hieremiae prophetae exceperat, tradidisse scribae Iudin et a principibus regis iussum esse, ut et ipse Baruch, qui exceperat, et Hieremias, per quem deus locutus erat, fugerent et laterent. Hieremias dictabat, Baruch tradidit, fugerant ambo; ad Ioachim regem liber adlatus est, qui rex cum ante se pro qualitate temporis frigidi arulam habuisset ardentem et librum a Iudin scriba recitatum non libenter audiuisset, subinde concisum minutatim ignibus inponebat. et non iratus est deus uel Hieremiae, qui fugerat, uel Baruch, qui cum eo fugiens tradiderat; quibus si deus iratus esset, ad prophetam aliquem alterum loqueretur; non ad alterum, sed ad ipsum Hieremiam locutus est. sic enim legitur: et factus est sermo domini ad Hieremiam, postquam conbussit rex capitulum libri et sermones, quos scripsit Baruch ex ore Hieremiae. dixit deus ad Hieremiam: accipe tibi chartam alteram et scribe omnes sermones tuos, qui tunc erant scripti in libro, quem conbussit Ioachim rex Iudae. ecce nec deus iratus est, nec qui arserat perit, nec Baruch punitus est, nec Hieremias a deo contemptus est; unde apparet, quod in hac re grauis numquam fuerit culpa, quam numquam potuit sequi uindicta. si haec parentes uestri adlegarent, quis illos a communione reuocare potuisset? denique cum uideret deus et a Moyse legis tabulas fractas et arcam hostibus derelictam et post traditionem Baruch librum legis et incisum esse et conbustum, indicauit prouidentiam suam et promisit se legem iam non in tabulis scribere nec in libris, sed in ipso interiori homine, hoc est in mente et in corde uniuscuiusque credentis, quomodo scripserat in corde Noe, Abrahae, Isaac et Iacob et ceterorum patriarcharum, quos constat legitime sine lege uixisse. quam rem probat et beatus apostolus Paulus dicens: scripta non atramento, sed spiritu dei uiui, non in

13 Hier. 36, 27 & 28 33 II Cor. 3, 3

7 arulam] aridam *b* 28 non immutabilis scribere *b*

tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. post legem a Moyse fractam et a filiis Israhel hostibus derelictam et offerente Baruch ad Ioachim regem et concisam et incensam ante tempora christiana, ubi postea melius scripturus erat, legem indicauit deus per prophetam dicens: quoniam hoc est testamentum meum, quod disponam domui Israhel et domui Iudae, et post dies illos, dicit dominus, dans leges meas in corde eorum et in mentibus eorum scribam eas. promisit hoc iamdudum et proxime reddidit temporibus christianis. ergo iam secundo loco est charta, secundo loco membranae. si a deo lex ibi scripta est, unde tradi non possit, ut parentes uestri, qui iam in trinitate crediderant, quamuis libros tradiderint, nec corda nec mentes tradiderint suas, in quibus deus legem suam scripsit, sicuti se scripturum esse promiserat: ubi est ergo, frater Parmeniane, quod dixisti penitus exustam a traditoribus legem? ecce nec penitus exusta est nec ex toto sublata, dum et in cordibus credentium manet et librorum milia ubique recitantur; unde apparet te parentes tuos, quamuis per ignorantiam, frustra accusare uoluisse. igitur si parentes uestri ad tempora unitatis occurrerent tot exemplis rationabiliter redditis et ipsi a communione repelli non possent, quanto uos, quos constat traditores non esse sed filios traditorum, cum patrum et filiorum et personae discernantur et nomina, inter quas personas si non sit communis culpa, non potest una esse sententia? quamquam et si illorum unitas fieret et si ad ecclesiam catholicam sponte uenissent — non sicut uos, quos non sine uoluntate dei adductos esse constat, ut rediretis, unde erraueratis, quamuis adhuc erretis — si ad catholicam, ut dixi, sponte uenissent, quia traditores fuerant,

5 Hier. 31, 33 (cfr. Hebr. 10, 16)

8 corda *b* 23 non traditores *b* 26 et ad (*om.* si) eccl. *Casaub.* et si *(ligat.) A* 27 *eclesiam *(a eras.)* *atholicam *A* uenirent *CGb* *(sed cfr. l. 30)* 28 dei ad**ctos *A*, adiutos *CGb* 30 fuerunt *CGb*

de talibus recipiendis dubitarent forsitan nostri maiores; sed nobis laetandum est, quod tales usque ad nostra tempora minime durauerunt. ergo hodie negotium nouum est, dum uobiscum res, non cum illis agenda est. quamuis ab ipsis ad uos uideatur hereditaria macula esse transmissa, tamen in hoc titulo non potestis rei esse cum patribus uestris secundum iudicium dei, qui locutus est per Ezechielem prophetam dicens: anima patris mea est et anima filii mea est; anima quae peccat, sola punietur. quae res iam et antiquis saeculis, in ipsis natalibus mundi probata est, dum non pertinuit ad Seth, filium Adae, patris admissum. sed ne quis dicat alio loco scriptum esse dicente domino: mala patrum usque in quartam progeniem redditurum. illius sunt procul dubio ambae uoces, sed non ad unum populum sonat utraque. prima est per Moysen ad certum genus hominum, secunda per Ezechielem ad alterum genus hominum. cum sciret deus Iudaeos apud Pontium Pilatum professuros, ut dicerent: sanguis huius super nos et super filios nostros, de praescientia deus uidit pro magnitudine culpae parum fuisse, quod dicturi erant, et ut conpetentibus poenis lueretur offensio, ipsis Iudaeis comminatus est dicens se mala patrum usque in quartam progeniem redditurum. ergo haec uox ad solos Iudaeos specialiter pertinet, ceterum illa ad christianos, qua dignatus est promittere non uindicare in

8 Ez. 18, 4 12 & 21 Exod. 20, 5 18 Matth. 27, 25

1 forsan *RB* 2 letandum (a *add. m. 2*) *A* 3 negotium *om. RB* 4 agendo *RB* 7 & 16 ezechielum *ACG* 8 fili *A* 9 anima (i *insert. m. 2*) quae *C* queres iam *B* 10 in *om. CG* dum] nam *b* 11 set (h *s. l. m. 2*) *R* filium de patris *(sic) RB* admissum *(sic) R* ne qui *ARB* 12 dicente deo *A* 13 in quarta *A* redditurum (urum *in ras. corr. ut uidetur m. 2*) *A* 14 duuio (u *alt. corr. in b m. 2 ?*) *A* sonat (n *suprascr. m. 1*) *A*, sonant una quae *RB* 15 per] ad *RB* 16 cum] dum *RB*, sed cum *CGb* 18 nos et filios *B* 19 presentia *BG (sed cfr. p.* 172, 25*)*, praesentia (ci *add. m. 1*) *A* uiderat magnitudinem *RB* 21 se *om. RB* 23 illam *A*

filios, si quid peccetur a patribus, nec in patribus si quid a filiis forsitan delinquatur. cum et temporibus Moysi sine cuiusquam poena lex iterata sit et arca testamenti ab hostibus ultro sit reddita et ab Hieremia deo praecipiente charta sit altera scripta: quare putatur apud maiores uestros solos capitale fuisse peccatum, in quo per tot exempla nemo damnatus est? nam si lex ideo data est, ut homines docerentur, non ut ipsa lex quasi pro deo coleretur, post factum patrum uestrorum nullum damnum passa est turba credentium; unusquisque eorum sub metu codices suos perdidit. nam lex, quae necessaria fuerat, ualet apud doctores populorum et cultores dei. bibliothecae refertae sunt libris; nihil deest ecclesiae; per loca singula diuinum sonat ubique praeconium; non silent ora lectorum; manus omnium codicibus plenae sunt; nihil deest populis doceri cupientibus, quamuis lex non magis pro doctrina quam pro futuro iudicio scripta esse uideatur, ut sciat peccator, quid pati possit, si minus iuste uixerit. denique scriptum est et legitur: quod iustis lex data non sit, quia unusquisque iustus ipse sibi lex est; et alio loco idem beatus apostolus Paulus dicit, quia lex non facit iustos, sed ipsa amat iustitiam. semper in omnibus rebus efficientibus effecta quaeruntur: uacat lex, quae efficit, si per conpendium paratum est, quod efficitur. denique Abrahae non dictum est: crede, sed ultro credidit, in quo sine lege legis effectus inpletus est. non legitur: audiuit Abraham legem et credidit, sed legitur: credidit Abraham deo et reputatum est illi ad iustitiam. et primis temporibus Noe patriarcha nihil egit, unde iustus fieret, et iustus electus est, qui fabricata

2—ɔ cfr. Exod. 34, 28; I Reg. 6, 2 sq. Hier. 36, 27 sq. 18 I Tim. 1, 9 19 cfr. Rom. 2, 14 20 cfr. Rom. 3, 20; Gal. 2. 16 (?) 26 Gen. 15, 6 (cfr. Rom. 4, 3; Gal. 3, 6; Iac. 2, 23)

1 si q uid (*inter* q *et* u *lacun.*) *A* peccatur *C* in patres *A* 2 forsan (*cfr. p.* 164, 1) *RB* delinquatur] *sequitur alterum additamentum ex cod. Tiliano in II. Balduina p.* 72ᵃ —74ᵃ cum et temporibus —necessitas non uoluntas (*p.* 167, 33), *quod omissum in libris Dupinius in appendicem reiecit; sed cfr. praefat.*

arca feliciter in diluuio nauigaret. longum est ire per singulos, qui sine lege inuenti sunt iusti. haec si a uestris parentibus suo tempore dicerentur, quis eos a communione sua repelleret? quid? si dicerent non debere silentio praeteriri, quod apostolus de extralegalibus ait: gentes, quae legem nesciunt, ea quae legis sunt, faciunt; habent enim legem scriptam in cordibus suis. nam et multi probantur in lege peccasse et multi bene sine lege uixisse. lex et homo duae res sunt, sed pares esse non possunt: non enim homo factus est propter legem, sed lex data est propter homines. nusquam uideo damnum inlatum deo, dum et origo legis apud eum manet. et postquam scriptura uestris parentibus tradita esse dicitur, nihil deest, omnia membra legis sana sunt, salua sunt, recitantur: nihil minus est de lege et docere et doceri cupientibus. an illud erat magis necessarium, ut occideretur homo, ne scriptura aliqua traderetur? quid? quod nec homines occisi sunt et omnes scripturae non desunt. non est unum lex et deus. si pro deo moriendum fuerat, qui et resuscitare mortuos et reddere praemium potest, liber non traditus de duobus his nec alterum potest. inpedit igitur necessitas uires suas. non minus uidemus neglegentiam frequenter operari, quam necessitas operata est. nam si membranae aut libri, quibus scriptura legitima continetur, in totum debent inlaesa seruari, quasi non damnantur aliqui neglegentes, non est longe tradere a male ponere aut male ferre. alter in domo librum posuit, quae domus incendio concremata est: damnetur, qui neglegenter posuit, si damnandus est, qui postulandum librum territus dedit. damnentur etiam illi, qui neglectas membranas aut libros ita posuerunt, ut eos domesticae bestiolae, hoc est mures ita corroserint, ut legi non possint. damnetur et ille, qui ita in domo posuit, ut nimietate pluuiarum sic tecta aliqua stillicidia deliquarent, ut omnia humore oblitterata legi non

1 cfr. Gen. 6 5 Rom. 2, 14

4 qui si *b* 14 docere cup. *b* 20 impendit *Casaub.* 23 debet *b* 24 quasi] quare *Casaub.* 30 damnatur *b*

possint. damnentur et illi, qui ferentes libros legis temerarii se rapacibus undis fluminum crediderunt et se liberari cupientes scripturas in undis e suis manibus dimiserunt. ergo si scriptura una est, et hanc qui seruare non potuit, reus est; alter undis tradidit, alter rosoribus bestiis dereliquit, alius stillicidio corrumpenda neglexit, alter metu mortis territus homo homini dedit; si unum est, quod ab omnibus admittitur, quare eligitur, qui damnetur, cum leuior culpa sit traditoris quam neglegentis? qui ante mures posuit aut sub stillicidio reliquit, uoluntate neglegens fuit, et qui in fluuio perdidit, de temeritate peccauit; qui metu mortis aliquid tradidit, homo homini dedit; integrum erat apud dantem, integrum apud accipientem. si, qui accipit, flammis tradidit, peccatum magis accendentis est, non tradentis. haec si a maioribus uestris dicerentur, quando illos repellere a nostra communione possemus? si etiam Antiochi regis tempora commemorare uoluissent, quibus omnes Iudaei coacti sunt, ut libros in incendium darent, et ita uniuersa scriptura data est, ut apex unus in aliquo libro minime remansisset? de Iudaeis illo tempore nemo damnatus est nec a deo uel ab aliquo angelo in quemquam Iudaeum est ulla dicta sententia, quia peccatum fuerat imperantis et minantis, non populi cum tremore et dolore tradentis. qui Antiochus ne aliquid primitiuo populo nocuisse uideretur, statim prouidit deus, ut per unum hominem Esdram, qui lector eodem tempore dicebatur, tota lex, sicut antea fuerat, ad apicem dictaretur. sic tyrannus Antiochus fructum malignitatis suae habere non potuit, dum praeter septem fratres et unum seniorem carnem suillam manducare detrectantes nullum Iudaeum occidit et lex perire non potuit. sic et parentes uestri tempore suo nec ipsi occisi sunt et libri legis dominicae toti ubique recitantur. si parentes uestri, ut supra dixi, haec dicerent, quis illos in suam communionem non intrepide accepisset, ubi, ut dictum est, peccauerat necessitas, non uoluntas?

16 cfr. I Machab. 1, 59 24 cfr. I Esdr. 7 28 cfr. II Machab. 7

13 si quis *b* 24 Hesdam (*sic*) *b*

temporibus unitatis principes uestri, qui probantur ista fecisse, iam e uiuis excesserant uobis quasi hereditariam maculam relinquentes, quam prius deus a uobis prouidentia sua sic diluit, dum inter patres et filios, sicut supra diximus, separauit. igitur quia tradere peccatum est, uideant parentes uestri, quid in iudicio dei respondeant; uestrum tamen, qui ab aliis temporibus estis, peccatum esse non potest.

2. Inde est, quod uos iamdudum in communionem nostram uoluimus recipere, quia uos illo tempore non peccastis, sed principes uestri. nam peccator talis, quales fuerunt uestri maiores, si ad ecclesiam ueniat et necessitatis suae rationem ostendat, primo recipiendus est, deinde sustinendus pio sinu matris ecclesiae. nec quasi ex toto sanctus debet quis de altero iudicare, quia scriptum est in euangelio Christo dicente: nolite iudicare, ne iudicetur de uobis, maxime cum nemo ex toto sanctus poterit inueniri. nam si sunt, qui possint non habere peccata, mentiuntur in oratione dominica, si sine causa indulgentiam postulant dicentes deo patri: dimitte nobis peccata, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, cum Iohannes apostolus et omnium conscientias prodat et suam resignet his uerbis: si dixerimus, inquit,

15 Matth. 7, 1; Luc. 6, 37 18 Matth. 6, 12; Luc. 11, 4 21 I Ioh. 1, 8

1 adde temporibus *R*, (a *ultra mg. scr.*) *A* unitatis (em *s. l. m. 2*) *R*, addē/tem prioribus unitatem *B* nam principes *ARB* 2 iam ęui excess. *R*, iam euveniexcess. *(sic) B*, excesserunt *CGb* quasi *om. CGb* 4 deluit *C*, (e *del. et* i *corr. i. mg. m. 2*) *G*, diluendum (a *s. l. m. 2*) inter *R*, diluendam inter *B* supra dictum est *ARB* separabit (u *m. 2*) *R*, separabūt *B* 6 uerumptamen *B* quia ab *RB*, ab *om. d* alis *(add. m. 2) A* 8 ad uos *B* in *(s. l. m. 1) R* nostram *om. G* 9 uolumus *B* 10 uestri] *addita sunt in II. Balduina p.* 74* *ex codice Tiliano* nam peccator—sinu matris ecclesiae (*l.* 13), *quae desiderantur in libris; sed cfr. praefat.* 13 nec (c *s. l. m. 1*) *R* sanctus] actu *RB* 14 euuangelio dicente christo *(add. transpos. sign.) B* dicentem *A* 16 poter** *A* 17 peccatum *b* 18 indulgent*am *A* 19 deuitoribus (u *corr. in* b *m. 2*) *A* 20 apostolus *om. ARB (rasurae uestigium in A)* 21 designet *CGb* inquid (t *m. 2*) *R*

quoniam peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est. cuius dicti rationem in quarto libro manifestius explanauimus. sed fac et aliquos esse tota sanctitate perfectos: non licet, ut sint sine fratribus, qui ne repellantur, euangelica praecepta reclamant, quibus describitur ager, qui est totus orbis, in quo est ecclesia et seminator Christus, qui praecepta dat salutaria. e contrario homo est malus, id est diabolus, qui non in luce, sed per tenebras seminat inportuna peccata; et in uno agro nascuntur diuersa semina, sicut in ecclesia non est similis turba animarum. ager suscipit semina bona uel mala, est diuersitas seminum; sed creator unus omnium est animarum, unus dominus agri; ubi nata sunt zizania, duo sunt auctores seminum, sed ager unum dominum habet, ipsum deum dominum. illius est terra, illius sunt bona semina, illius est et pluuia. ideo uos adductos recipere in unitate consensimus, quia nobis non licet uel separare uel repellere, quamuis peccatores in uno agro nobiscum natos una pluuia, hoc est uno baptismate nutritos, quomodo non licuit apostolis de tritico zizania separare, quia separatio sine exterminio fieri non potest, ne dum euellitur, quod opus non est, conculcetur, quod opus est. pariter iussit

19 cfr. Matth. 13, 29

1 quia peccatum *RB* dicipimus *(sic) R*, decipi mus *(lacuna 4 litt.) A* 3 explanabimus *(corr. m. 2) R* fac aliquos *A* tot (a *s. l. m. 2*) *A* 4 qui nec (c *del. m. 1*) *C*, quin *B* 5 de clamantes scriptura muniuntur ager *CGb* 6 est enim totus (*om.* qui) *CGb* 6 & 10 *eclesia (a *eras.*) *A* 7 saluatoria *B* 8 est *om. ARB* 10 sui similis *A*, similis sibi *b* 11 suscipicit *uel* suscipiat *B* semina *(s. l. m. 1) R*, *dupliciter pos. B* uel bona *A* 12 animarum est *RB* domi ager (i *s. l. m. 2*) *A*, domini ager *CG* 14 ipsum dominum deum *B* 15 sunt illius *CG* et *om. ACGb* uos ad. uos rec. *B* 18 nouiscum (u *prius corr. in* b *m. 2*) *A* natos quia in una *b* una *(bis pos.) B* baptis/ma tae *(inter* ma *et* tae *lacuna 4 litt., membran. perforat. hic et uersibus sequentibus) A*, baptismatis (*corr. m. 2*) *R*, est in baptismate *b* 19 licui *(sic, lacuna 10 litt., iuxta membr. foramen lacuna 5—6 litt. capit) A* zizaniam *RB* se parare *(membr. perfor.) A* 20 du m *(membr. perfor.) A*

Christus in agro suo per totum orbem terrarum, in quo est una ecclesia, et sua semina crescere et aliena. post crementa communia uenturus est iudicii dies, qui messis est animarum, sedebit iudex filius dei, qui agnoscit, quid est suum et quid alienum. illius erit eligere, quid condat in horreo et quid tradat incendio, quos ad interminata tormenta destinet et quibus promissa praemia repraesentet. agnoscamus nos omnes homines esse: nemo sibi usurpet diuini iudicii potestatem. nam si sibi totum uindicet quiuis episcopus, dicatur, quid in iudicio acturus est Christus. satis sit homini, si de peccato suo reus non sit, quam ut de alieno iudex esse desideret. professio denique nostra est non solum uos non repellere, sed etiam parentes uestros, si eorum temporibus contingeret et unitas fieret, bono pacis non repellere. nefas est enim, ut episcopi faciamus, quod apostoli non fecerunt, qui permissi non sunt uel semina separare uel de tritico zizania euellere.

3. Quodsi de recipiendis uobis catholica dubitaret, nonne uos debuistis unitatis adsequi formam? sed exempla in euangelio lecta proponere noluistis, ut est lectio de persona beatissimi Petri, ex qua forma unitatis retinendae uel faciendae descripta recitatur. equidem malum est contra interdictum aliquid facere; sed peius est unitatem non habere, cum possis. quam unitatem ipsum Christum uidemus praeposuisse uindictae suae, qui magis omnes discipulos suos uoluit in uno esse,

1 sq. cfr. Matth. 13, 24 sq. 16 ibid. 13, 29

2 *eclesia (a *eras.*) *A* semina (n *in ras.*) *C*, (i *corr. ex* e *ut uidetur)* *G*, semina sua *b* 3 iudici (i *add. m. 1*) *R* 4 sum (u *add. m. 1*) *R* 5 illius est *A* 8 & 9 siui (u *corr. in* b *m. 2*) *A* 8 iudicii (i *fin. add. m. 2*) *R* 9 dicat* *R*, dicat *B* 10 satis est *RB* si de pec] *his uerbis finitur Optati fragmentum in A fol. 6b* 11 quam] quanto *RB* de alieno *om. RB* 12 non solum uos—unitas fieret *om. libri, exhibet II. Dupin. p. 75a ; sed cfr. praef.* 14 bono (um *add. m. 2*) *C*, bonum *Gb* uos non *RB* 16 detrico *(corr. m. 1) B* zizaniam *RB* 17 euellere] pellere *B* 25 magis uoluit (*om.* uoluit *post* suos) *RB*

quam, quod offensus fuerat, uindicare; dum nollet se negari, promisit se apud patrem negaturum esse, qui se negaret apud homines -- et tamen non se promisit puniturum, scripturam aliquam qui tradidisset: grauius est enim negare eum, qui locutus sit, quam tradidisse uerba, quae locutus sit — et cum haec ita scripta sint, tamen bono unitatis beatus Petrus, cui satis erat, si, post quod negauit, solam ueniam consequeretur, et praeferri apostolis omnibus meruit et claues regni caelorum communicandas ceteris solus accepit. bono unitatis sepelienda esse peccata hinc intellegi datur, quod beatissimus Paulus apostolus dicat caritatem posse obstruere multitudinem peccatorum: onera, inquit, uestra inuicem sustinete, et alio loco ait: caritas magnanimis est, caritas benigna est, caritas non zelatur, caritas non inflatur, non quaerit, quae sua sunt. et bene dixit. haec enim omnia uiderat in apostolis ceteris, qui bono unitatis per caritatem noluerunt a communione Petri recedere, eius scilicet, qui negauerat Christum. quodsi maior esset amor innocentiae quam utilitas pacis et unitatis, dicerent se non debere communicare Petro, qui negauerat magistrum et dei filium dominum. possent non communicare, ut supra dictum est, beatissimo Petro; possent contra illum recitare uerba Christi, qui promiserat negaturum se esse apud patrem eum, qui se

2 & 23 cfr. Matth. 10, 33; Luc. 12, 9 12 Gal. 6, 2 13 I Cor. 13, 4.5

1 offensos *(corr. m. 1)* ^{n} *R*, offensus dicit fuerat *B* nolet *G* se negare *CGb* 3 apud homines—quae locutus sit *(l. 5) omissa in libris habentur in II. Balduina p. 75*^{b}*; sed cfr. praef.* 5 et] sed *RB* 6 ita *om. G* sunt *CGb* 7 negabit *(corr. m. 1)* ^{n} *R* ueniam mereretur *RB* 11 apostolus Paulus *R* caritatem (h ^{h} *s. l. m. 1 ?*) *C* 12 inquid *(corr. m. 2)* ^{t} *R*, onera uestra inquit *b* sustinentes *RB* et] ecce *CGb* 13 caritas inquit *RBb* magnanima *RB* 15 inomnia *B* 20 Petro—communicare *om. G (lacunam m. 3 cruce rubr. indicauit), b* 23 patrem suum qui *RB*

coram hominibus negasset. ad quam formam debet diligenter adtendi; de qua dum pauca commemoro, ipsius sancti Petri beatitudo ueniam tribuat, si illud commemorare uideor, quod factum constat et legitur. dubito dicere peccasse tantam sanctitatem, sed ipse hoc factum probat, qui et doluit amare et fleuit ubertim, qui nec doleret nec fleret, si nulla interuenisset offensio. potuit utique caput apostolorum ita se gubernare, ut nihil incurreret, quod doleret; sed ideo in uno titulo eius multa uidentur errata, ut posset ostendi bono unitatis omnia debere deo seruari. et nescio an in altero hoc genus peccati tanti ponderis esse possit, quanto in beato Petro fuisse manifestum est. quisquis enim forte in aliqua persecutione negauit filium dei, in conparatione beati Petri uidebitur leuius deliquisse, si negauit, quem non uidit, si negauit, quem non agnouit, si negauit, cui nihil promisit, si semel negauit. nam in beato Petro hoc genus peccati dilatatum est: primo quod cum interrogaret Christus omnes, quem se homines dicerent, unus dixit Heliam, alter dixit prophetam; tunc Christus dixisse legitur: uos quem me dicitis esse? et ait illi Petrus: tu es filius dei uiui. pro qua agnitione laudari ab eo meruit, quod instinctu dei patris hoc dixerit. ecce ceteris non agnoscentibus filium dei solus Petrus agnouit. deinde sub die passionis cum diceret Christus: ecce teneor et fugietis omnes, tacentibus ceteris solus se promisit non recessurum. de praescientia filius dei ait:

19 Matth. 16, 15. 16 21 cfr. Matth. 16, 17 24 Ioh. 26, 32; Matth. 26, 31

1 denegasset *CGb* 2 adtendi (t *m. 2*) *R* dum] cum *RB* cummemoro *B* 4 constet *B* 7 et potuit *RB* 8 & 15 nil *B* 9 possit *CG* 10 obseruari *B* 11 quantum *RB* 14 uidetur leuiter *RB*, uidetur *b* delinquisse *(sic) R* si negauit quem non uidit *om. RB* 15 quem non agnouit *(s. l. m. 1) R* 17 dilatum (ta *s. l. m. 1*) *R* 18 helian *RB* 19 legitur tu petre quem me dicis *RB* 20 esse *om. R* et ait ille tu *RB* 21 meruit] *addunt edd.* quod instinctu dei patris hoc dixerit *quae respiciunt ad Matth. l. c; sed cfr. praef.* 22 ecce] et *CGb* 23 die *om. B* 24 fugitis *R*, fugiti *B* 25 presentia *B (cfr. p.* 164, 19)

Petre, antequam gallus cantet, ter me negabis. additum est aliud ad pondus peccati, promissum scilicet, quod non erat inpleturus. postea quam in domum Caiphae ductus est Christus, ad mensuram delicti conplendam de tanto numero nullus alius interrogatur praeter beatum Petrum. interrogatus primo negat, interrogatus iterum negat, tertio dixit se Christum omnino non nosse; et cantauit gallus, non ut tempora cantu suo distingueret, sed ut peccasse se beatus Petrus agnosceret. denique doluit amare et fleuit ubertim. ecce ut supra dictum est, ceteris non agnoscentibus solus agnouit, ceteris non promittentibus solus promisit, ceteris nec semel negantibus ter solus negauit et tamen bono unitatis de numero apostolorum separari non meruit. unde intellegitur omnia ordinata esse prouidentia saluatoris, ut ipse acciperet claues. interclusa est malitiae uia, ne apostoli animo licentiam iudicandi conciperent et seuere contemnerent eum, qui negauerat Christum. stant tot innocentes et peccator accipit claues, ut unitatis negotium formaretur. prouisum est, ut peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores et, quae necessaria est unitas, esse non posset. haec si commemoraretis communicare cupientes, quando uos catholica pio sinu suscipere dubitaret ecclesia, cum constet uos non traditores esse, sed filios traditorum?

4. Nam aliqui ex uobis uolentes nos populis suis contemnendos ostendere etiam illud miscent tractatibus suis, quod a Salomone propheta dictum est: muscae morituraе exter-

1 Matth. 26, 34 26 Eccl. 10, 1

3 caiphe *R*, caifae *C*, cayphe *B*, caife *G* Caiphae sacerdotis *b* 4 detento *(sic)* numero *B* 6 tercio dicit *G* Christum se *CG* 7 tempora (a *corr. ex* e *m. 1*) *G* 8 agnoscentibus filium *RB* 11 nec] ut^{c} *(corr. m. 1 ?) B* 14 inclusa *RB*, interclausa (a *exp. m. 1 ?*) *G* 16 se uere *B* 17 toti *CGb* 19 cluderent *libri* (*cfr. Rönsch, Ital. p.* 465) peccatorem *RB* 20 commemoretis *RB* 22 ecclesia *om. RB* 24 uos^{n} *(corr. m. 2) C* suis *om. RB* 25 etiam aliud opponunt tract. *RB* 26 prophete *(sic) G*

minant olei suauitatem, et muscas morituras nos appellant et oleum nominant, illum scilicet liquorem, qui ex nomine Christi conditur, quod chrisma, postquam conditum est, nominatur. antequam fiat, adhuc oleum est natura simplex; fit suaue, dum de nomine Christi conditur. ergo tres res sunt, quas Salomon propheta nominauit: oleum, suauitatem et muscas morituras exterminantes suauitatem. istae tres res loca sua habent in ordine: primo loco est oleum, secundo suauitas de confectione, tertio muscae morientes exterminantes suauitatem. quisquis est talis tractator ex uobis, probet, quomodo nos muscas morituras appellat. si apud uos putatis esse confectionem, quae det oleo suauitatem, apud uos est oleum et suauitas. numquid nos exterminamus oleum uestrum, ut merito nos muscas morituras appelletis? quod uestrum est, apud uos est. et si a uobis ad nos aliquis transitum fecerit, sic a nobis seruatur, quomodo a uobis dimittitur. quomodo dicitis, quia nos sumus muscae moriturae suauitatem olei corrumpentes, cum post uos nihil tale facimus? aut si a nobis dicitis suauitatem olei corrumpi posse, aut possumus aliquid et damus oleo suauitatem; aut si nos, ut uultis, nihil possumus, remansit oleum tale esse, quale et natum est; quomodo dicitis, quia nos sumus muscae moriturae corrumpentes suauitatem olei? igitur oleum antequam a nobis conficiatur, tale est, quale et natum est; confectum suauitatem ex nomine Christi accipere potest. quomodo possumus uno facto et conficere et corrumpere? restat, ut, si oleum de se

1 suauitatem olei *RB* et quasi muscas *CGb* 3 post quod conditum *RB* 4 adhuc *om. RB* simplex est fit et suaue est *CG* simplex fit et su. est *b* fiet *RB* 5 sunt quod *B* 6 suauitas *RB* 7 res *om. CGb* 9 muscae *om. B* 10 quis est *RB* 11 apud nos *B* 12 det *(add. m. 1) G* est apud uos oleum *CGb* 15 aliqui (s *m. 2*) *C*, aliquid *RB* 18 & 21 nil *B* facinus (m *s. l. m. 2*) *C* 19 aut si possumus *RB* 20 aut si non ut *Cb* nos *om. RB* 22 moriturae *om. RB* 24 quale natum *Gb* suauitatem accipere ex nomine Ch. p. *RB* 25 uno momento et confic. *RB* 26 restat etsi *B*

suaue sit, uacet, quod agitur ab hominibus, si ab homine in nomine Christi conficitur. non potest idem operarius duas res repugnantes et contrarias simul facere. uobis absentibus si conficimus, non corrumpimus. si corrumpimus, quis ante nos confecerat, quod corrumperemus? quare ne uacet dictio prophetae, si ita est, intellegite, quia uos estis muscae morituraе. uos enim exterminastis, non quod natum est, sed quod confectum est; suauitas enim legitur non natura posse corrumpi. oleum enim simplex est et nomen suum unum et proprium habet; confectum iam chrisma uocatur, in quo est suauitas, quae cutem conscientiae mollit exclusa duritia peccatorum, quae animum innouat lenem, quae sedem spiritui sancto parat, ut inuitatus illic asperitate fugata libenter inhabitare dignetur. haec est suauitas olei, quam possunt muscae morituraе corrumpere. si nos exterminaremus a uobis confectum oleum, merito nos muscas morituras appellare possetis. sed dum, quod a uobis unctum est, tale seruamus, quale suscipimus, muscae morituraе esse non possumus. sed dum uos inuidiae tempestatibus inpulsi quasi in oleum caditis, uos exterminatis in rebaptizatione suauitatem olei illius, quod in nomine Christi confectum est, unde condirentur mores, unde accenderetur lumen mentis ad salutarem et ueram intellegentiam. uos exterminatis rem, ubi oleum fuit et suauitas. nos quomodo potuimus corrumpere suauitatem, quae ante nos a nullo confecta est? seduxistis homines, rebaptizastis, iterum unxistis. pro dolor! non sine morte uestra exterminastis, quod

1 etsi ab h. *B* 2 conficiatur *CGb* 4 confecimus non corrupimus *RB* si corrupimus *R*, *om. B* 7 exterminatis *B* quod donatum *(sic)* est *B* 10 iam *om. RB* in quo erit *RB* 12 leuem *B* 13 ut unitatus *B* libenter habitare *RB* 15 exterminabimus (re *s. l. m. 2*) *R* 16 nos *om. B* 17 quod de uobis *B* 20 & 23 exterminastis *CGb* 20 rebaptidiatione (z *s. l. m. 2*) *R* 22 accenderentur *B*, incenderetur *CGb* ad salutares partes et *RB* 25 seduxisti (s *adp. m. 1 ut uidetur*) *B* rebaptiastis *(corr. m. 2) R* 26 pdolor (lor *m. 2, tum lacuna 4—5 litt.*) *C* exterminantes *RB*

fuerat de nomine Christi confectum, more muscarum, quae pereuntes exterminant. quia mors est peccatum, quod non habet indulgentiam. scriptum est, quia qui peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro. ergo cum et falso nos muscas appelletis et omnia, quae a nobis fiunt, dissoluere properetis et nos contemnendos aut despiciendos esse dicatis uobis sólis sanctitatem uindicantes, innocentiam proponitis uestram, ut promittatis uos aliena posse donare peccata. uides igitur non de nobis, ut disputatis, sed de uobis dixisse beatissimum Paulum apostolum: erunt, inquit, homines se ipsos amantes, cupidi, gloriantes sibi, superbi, blasphemi, parentibus non oboedientes, ingrati, scelesti, pacem non custodientes, sine adfectu, detractores, inmites, sine benignitate, et cetera.

5. Nam illud quale est, quod pro arbitrio tuo Moysi uobis inponere uoluisti personam, contra quem Iamnem et Mambrem obstitisse commemorat apostolus Paulus. si ita est, quae apud uos ueritas inueniri potest, cui catholica uidetur obsistere, aut quod apud nos esse mendacium poteris adprobare? in una communione esse cum toto orbe terrarum numquid poteris adprobare mendacium? symbolum uerum et unicum retinere et defendere numquid poteris adprobare mendacium? cathedram Petri et claues regni caelorum a Christo concessas,

3 Matth. 12, 32 11 II Tim. 3, 2 & 3 17 cfr. II Tim. 3, 8; Exod. 7, 11

1 morę *(sic) R* 2 perientis *R*, perientes *B* exterminant *om. RB* 3 quia scriptum est qui *RB* scriptum est—in futuro *ex margine in textum irrepsisse Casaub. dicit* 4 ei] illi *RB* nec hic nec in futuro seculo *CGb (sed cfr. p.* 125, 15*)* 6 properatis *RB* 7 despiciendo (s *s. l. m. 2*) *G* 8 uestrum *G* 9 uides] uidetis *edd.* igitur *om. RB* non *(in ras.) G* 10 disputasti *RB* beatissimum apost. Paulum *RB* 11 inquid (*corr. m. 2*) *RC* 14 sine adfectione (affectione *B*) *RB* 16 nam et illud *d* pro *om. B* moysi (y *corr. in* i *m. 2*) *C* 17 iannem *B* 20 esse *om. RB* 22 & 23 poteritis *G* 22 mendacem *RB*

ubi est nostra societas, numquid poteris adprobare mendacium? in ipsa lectione quae commemorasti inter ipsas personas, considera ordinem rerum [et] qui fuerit prior, adtende. utique Iamnes et Mambres secundo loco sunt, qui contra Moysen et ueritatem falsis artibus militare uoluerunt. et antecesserat Moyses, cuius uirtutes inpugnare frustra conati sunt. ut Moyses prior est, sic et catholica prior est; ut Iamnes et Mambres repugnantes obstiterunt, sic et uos rebelles contra ueram catholicam militatis. quid est ergo, quod nomina et nobis et uobis mutare uoluistis, nisi ut te sociis tuis conparares aequalem? sunt enim aliqui ex uobis, qui obliti aut ignari praeteritorum temporum in nos dicant, quae pertineant ad eos, qui iamdudum de catholica lapsi Maiorinum ordinauerunt, illi scilicet auctores scismatis et traditionis. cum adhuc retinerent pacem, antequam exterminarent deo placitam unitatem, fuerunt lumen mundi et sal terrae merito appellabantur. dum docerent pacem, adhuc pacifici uocabantur; antequam inflati essent, beati erant de paupertate spiritus, pars erant condimenti; beati erant, dum mites, pars fuerant condimenti; beati erant, dum iusti, pars erant condimenti; beati, dum pacifici, totum fuerant condimentum. posteaquam erroris diuitias dederunt spiritui et pulmonibus suis et facientes scisma, inmites inuenti sunt et minus misericordes, dum inpie

4 cf. Exod. 7, 11 16 sq. cfr. Matth. 5, 13

1 poteritis *G* 3 consideras *RB* et *om. libri* 4 & 7 iannes *B* moysen (y *corr. in* i *m. 2 hic et postea*) *C* 5 ueritatem] aaron *RB* 7 et *post* sic *om. b* et^{ut} (ut *s. l. m. 1*) *R* 8 contra ueritatem *RB* 10 et uobis et nobis *R* conpares *RB* 12 temporum eos iamdudum qui de cath. *libri et b; quae supra sunt, coni. Dupin. Casauboni uestigia secutus* (in nos iam dicunt ... ad eos iamdudum qui *Casaub.*) 14 scismatis (h^{h} *s. l. m. 2*) *R* traditores cum adhuc *Casaub.* 15 pacem antiquam ex. *RB* 16 fuerunt] cum erant *RB* 18 inflati erant *B* pars erat^{n} (n *s. l. m. 2*) *C*, p. erat *RB* 19 fuerat *RB* 20 erant *ante* dum *om. CGb* pars erat *RB* 21 fuerat^{n} (n *s. l. m. 2*) *C*, fuerat *RB* 22 spiritus *B* suis *om. RB* et *post* suis *om. Gb* faciente *B* 23 inmites] inmanes *R*, inmane *B* impiae (a *del. m. 2*) *C*

membra ecclesiae diuiserunt et iniustitiam secuti regnum dei pro fastidio habuerunt et diuidendo ecclesiam noluerunt esse pacifici, ipsi facti sunt sal infatuatum, ex quo nihil condiretur, quod deo de suauitate placuisset. et cum hoc malum pertineat ad principes uestros, a quibusdam sociis tuis aliter disputatur, ut dicant insipientes fuisse eos, qui agnouerunt uel sero ueritatem et ab scismate recedentes agnita matre catholica secuti sunt pacem. hos putant aliqui uestrum errasse, hos existimant quasi infatuatos a sapientia recessisse. unde apparet uos omnes eodem modo errare in nominibus transferendis, dum et tu Iamnem et Mambrem pacificis catholicis conparasti et uos scismaticos Moysi, quod a ueritate alienum est. et aliqui socii tui insipientes de sapientibus iudicare uoluerunt, ut dicant fatuos factos esse pacificos, et parentes suos de dissensione infatuatos esse intellegere noluerunt.

6. Iam ad illum locum inuidia uestra dilabitur, ut dicatis Macarium post illa facta communioni non debuisse misceri sed magis a catholicis episcopis abstineri. primo communionis unum est nomen, sed diuersi sunt modi: aliud est communicare episcopum cum episcopo et aliud communicare laicum cum episcopo. tunc erat graue, si Macarius, quod fecisse

3 cfr. Matth. 5, 13

3 nil *B* 5 deputatur (dis *i. mg. m. 3*) *B* 6 agnouerint *Cb* 7 ab scisma *(sic) RB* 8 errass^{h}.eos *corr. m. 1 R, m. 2 C*, eos *B* exstimant *CG*, aestimant *R*, estimant *B* 9 rescicisse *R*, recissi^{s}se (s *s. l. m. 1*) *B* 11 iannem *RB* pacificis et *B* 12 moysi (y *corr. in* i *m. 2*) *C* est *om. RB* 13 uoluerant *RB* 14 pacificos—infatuatos esse *om. G* et par. suos] ut par. tuos *RB* 15 noluerunt] *hic est finis in b. quae uero sequuntur in omnibus libris (R fol. 63* [a], *C fol. 14* [a], *B fol. 66* [b] *1, G fol. 63* [b]*):* nam et illud quale est — quod uidebatur auditum, *libro III, c. 12 Dupinius adtribuit (cfr. p. 99, 11); quae supra sunt, excipiunt illud* uidebatur auditum *in omnibus libris (R fol. 64* [a], *C fol. 15* [a], *B fol. 68* [a] *2, G fol. 64* [a]*) ita:* sed ut ad paulo ante dictum (dicta *CG*) redeamus iam ad illum locum *sq.* 17 macarium (h^{h} *s. l. m. 2*) *C* miseri (*corr. i. mg. m. 2* misceri) *G* 19 modi] actus *CG* (*add. m. 3 in G* colo multiplices) 20 et *om. B* laycum episcopo *B* 21 si marius *(sic) RB* fecisset (*om.* dicitur) *RB*

dicitur, sua uoluntate fecisset; quod qui faciunt factum, iudiciis publicis et Romanis legibus uindicatur. ille est enim homicida, qui nulla necessitate cogente, nulla iussione, nulla potestate, sed furore adactus de uoluntate sua fecerit, quod prohibent leges. ceterum Macarius quod fecisse dicitur, uobis prouocantibus fecit nec episcopus fuit nec in officio episcopali uersatus est nec manum alicui inposuit nec sacrificium obtulit. unde cum eum constet alienum fuisse ab episcoporum actibus, nullus episcopus ab eo, qui cum episcopis non obtulit, uidetur esse pollutus. restat, ut dicatis eum cum populo communicasse — et locutum eum esse aliquid in populo constat, sed insinuandae alicuius rei causa, non tamen tractandi, quod est episcoporum. ille enim nude locutus est, si quid loqui potuit. contra episcopalis tractatus probatur ab omnibus sanctitate uestitus, salutatione scilicet geminata. non enim aliquid incipit episcopus ad populum dicere, nisi primo in nomine dei populum salutauerit. similes sunt exitus initiis. omnis tractatus in ecclesia a nomine dei incipitur et eiusdem dei nomine terminatur. quis uestrum audet dicere episcoporum more Macarium populum salutare? igitur cum nec salutauerit, antequam aliquid loqueretur, nec salutare ausus sit, postquam locutus est, nec manum inposuerit nec sacrificium deo ritu episcopali obtulerit, quid est, quod dicitis pollui potuisse

1 iudicis *(corr. m. 2 i. mg.) B* 2 legibus] *ab hoc uersu linearum decas parte sinistra mutilata est in B; quae interciderunt, uncinaui.* [uindi]catur 3 [homic]ida neces[sitat]e iuss[ione] 4 [furore] adactus *om. R et B uidetur omisisse* uolunt.] potestate *RB* fece[rit q]uod 5 ce[teru]m quod]quodquod *(utrumque* i *s. l. m. 2) R*, quidquid *B* [fec]isse 6 prouocan[tib]us fu[it] 8 alienum fuisse *om. RB* 11 esse eum *RB (cfr. p.* 181, 8) 12 insinuandi *CG* 14 quod (i *m. 2*) *R* 15 scilicet *om. B* 16 ḍḍicere *(sic) R* 17 exitus fi̇ni̇ti̇s *(sic) R* initiis *om. B* 18 omnistr̥aṭus *(corr. m. 2) C* eccl. ad ei nomine *(sic) B* a dei nomine *R* 19 nomine dei *(transpos. sign. add.) B* 20 machariūs *(corr. m. 1) R* salutare populum *(add. transp. sign.) B* 22 locutus sit *CG* 23 obtulerit non polluisse episcopale collegium *sq. RB*

episcopale collegium, cum ab omni episcoporum officio Macarium uideatis alienum? uestigio ueritatis hoc loco calcata iterum uestra caput leuare uidetur inuidia. dicitis enim nec inter laicos eum communicare debuisse. equidem constat eum, ut Paulus apostolus probat, ministrum fuisse uoluntatis dei. et quid mirum, si et iudices pagani ministri uoluntatis dei aestimari meruerunt apostolo dicente: non sine causa iudex gladium portat? est enim minister uoluntatis dei. nam et Macarius in suo iudex fuisse uidebatur. quodsi non erat iudex in eo, quod fecit, secundum leges Romanas a iudicibus in eum debuit uindicari. aut si dicitis nec sic eum communicare debuisse, nos tamen non uidemus, quia debuit abstineri, qui id tale fecit, quod factum est a Moyse, quem post uiginti tria milia hominum occisa deus non contemnendo abstinuit, sed ut secum loqueretur iterum inuitauit. nos non uidemus abstinendum fuisse eum, qui fecit, quod Phinees, quem paulo ante memoraui, qui ab ipso deo pro homicidio laudari meruit. non uidetur magis nobis abstinendus fuisse is, a quo id factum est, quod ab Helia propheta, qui tot falsos prophetas occidit. nam et illos falsos uates fuisse iam supra probauimus.

7. Sed ut haec exempla sileantur, dicamus et nos, quod dicitis, reum fuisse Macarium: quodsi fuit, accusatore silente a nobis non licuit abstineri. scriptum est enim ante cognitam causam neminem esse damnandum. dicite, quis eum accusauit et auditus non est. dicite Macarium confessum esse culpam et nostram siluisse sententiam? sumus enim qualescumque iudices in ecclesia, quod et ipsi non negatis, quod nos iudices seueros debere fuisse contenditis. non

5—7 Rom. 13, 4 13 cfr. Exod. 32, 28 16 cf. Num. 25, 11 19 cfr. III Reg. 18, 40

1 episcopali (i *fin. corr. in* e *m. 2*) *C* 2 uestigia (a *corr. ex* o m. *2*) *C* ueritatis] *explicit B* 3 capud (t *m.* 1) *R* 5 uoluntatis dei—qui in iudicio *(p.* 181, 1*) om. R* 6 si sint et iudices *C* 9 suo] facto suo *uel* saeculo *coni. Casaub.* 16 finees *CG* 24 cognatam (a *prius corr. in* i *m. 2*) *C* 28 iud. esse ueros *libri,* iud. seueriores *coni. incertus quidam,* seueros *scripsi* deberes (s *del. m. 2*) *G*

enim possumus facere, quod non fecit deus, qui in iudicio suo personas separare dignatus est: nec eundem uoluit esse accusatorem et iudicem. non enim potest quis in una causa eodem momento duas portare personas, ut in eodem iudicio et accusator esse possit et iudex. quod deus nec per omnipotentiam fecit: ut nobis iudicandi formam ostenderet, docuit reum sine accusatore non debere damnari aut accusatorem eum esse, qui iudex in ea causa futurus est. denique inter ipsa principia saeculorum dum hominum esset renouellata natiuitas, dum a Cain frater Abel esset occisus, lectum est: et uocauit deus Cain et interrogauit eum, ubi esset frater eius; ille peccatum duplicans, quasi ignorantem faceret deum, nescire se dixit. et quando posset nescire aliquid dominus, sub cuius oculis et uultu sunt omnia, quae geruntur? et tamen deus sine accusatore non iudicat et interrogat utique, quod nouerat. et uos uultis, ut abstineremus, quem non uidimus aliquid mali facientem et qui nullum habuerit accusatorem. uideo hoc loco, quid inuidia submurmuret uestra. dicitis enim non nos latuisse, quod factum est. fatemur nos audisse, sed peccatum erat damnare eum, quem nemo est ausus accusare. sed si dixeritis, quia non nos latuit factum, dicite deo, quare interrogauit, qui uiderat parricidium. nec illud a nobis fieri oportuit, quod deus facere noluit, qui sententiam noluit dicere nisi reo. redde accusatorem; alioquin non posset iusta esse sententia, nisi ipse, qui iudicaturus erat, accusaret. ideo ait: ecce sanguis fratris tui clamat

11 sq. Genes. 4, 9 26 Genes. 4, 10

5 et *ante* acc. *om. R* nec *om. R* 6 formas *R* 7 *post* damnar *in ras. lacuna 3 litt. in C* 8 esse eum *R (sicut p.* 179, 11) 11 deus *om. R* esset *(i. mg. adscr. m. 2) R* 12 ignorantem fecisset dominum *R* 15 utique *om. R* 16 ut *om. R* abstinere*nos (*corr. ex* abstineremus) ab eo *(add. i. mg. m. 2)* quem *R* 17 male *C* male facientem *(coniunx. m. 2) G* 21 accusare] arguere *CG* sed quia dicitis non nos *R* 24 redderet *R* 25 potest *R* iuxta (s *suprascr. m. 2*) *C* nisi] si *R*

ad me de terra. quare et uos cum minime probare possitis ab aliquo apud nos accusatum esse Macarium, nostrum non potestis damnare iudicium.

1 possetis (i *s. l. m. 2*) *R* 3 iuditium *R*] EXPLICIT LIBER OPTATI *(sic)* EPISCOPI CATHOLICI LIBRI N̄ VII AD PARMENIANVM SCISMATICOR̄. AVCTOREM *(rubr.) R*, EXPLICIT LIB̄ VII SC̄I OPTATI ĒPI *(in numero VII alterum illud* I *ex atramenti colore postea additum uidetur) C fol. 16* ᵇ *(in eodem codice iteratur subscriptio fol. 37* ᵃ *post uaria ad Donatistarum historiam pertinentia hoc modo:* EXPLICIVNT SC̄I OPTATI EPI *(haec uerba punctis ornata atris et rubr.)* LIBRI NVMERO VII VEL GESTA PVRGATIONIS *(litterae paulo minores)* CAECILIANI ĒP̃I ET FELICIS *(rubr.)* ordinatoris eiusdem. nec nqn epistola constantini imperatoris. amen.) — Explicit Liber Septimus Sancti Optati Episcopi *G*

Appendix

decem monumentorum ueterum ad Donatistarum historiam pertinentium.

I. Gesta apud Zenophilum. II. Acta purgationis Felicis episcopi Autumnitani. III. Epistula Constantini ad Aelafium. IIII. Concilium episcoporum Arelatense ad Siluestrum papam. V. Epistula Constantini ad episcopos cathòlicos. VI. Epistula Constantini ad episcopos partis Donati. VII. Epistula Constantini ad Celsum uicarium Africae. VIII. Epistula praef. praet. Petronii ad Celsum. VIIII. Epistula Constantini ad catholicam. X. Epistula Constantini de basilica catholicis erepta.

C = codex Parisinus saec. XI, nr. 1711, olim Colbertinus nr. 1951.

I.

Incipiunt gesta, ubi constat traditorem Siluanum, qui cum ceteris 17a
ordinauit Maiorinum, cui Donatus successit.

Constantino Maximo Augusto et Constantino iuniore nobilissimo caesare consulibus Idibus Decembribus * Sexto Thamugadiensi, inducto et applicito Uictore grammatico, adsistente etiam Nundinario diacono Zenophilus uir clarissimus consularis dixit: quis uocaris? respondit: Uictor. Zenophilus uir clarissimus consularis dixit: cuius condicionis es? Uictor dixit: professor sum Romanarum litterarum, grammaticus latinus. Zenophilus uir clarissimus consularis dixit: cuius dignitatis es? Uictor dixit: patre decurione Constantiniensium, auo milite; in comitatu militauerat; nam origo nostra de sanguine Mauro descendit. Zenophilus uir clarissimus consularis dixit: memor fidei et honestatis tuae simpliciter designa, quae causa fuerit dissensionis inter christianos. Uictor dixit: ego dissensionis originem nescio; unus sum de populo christianorum. siquidem cum essem apud Carthaginem, Secundus episcopus cum Carthaginem tandem aliquando uenisset, dicuntur inuenisse Caecilianum episcopum nescio quibus non recte constitutum, illi contra alium instituerunt. inde illic apud Carthaginem coepta dissensio est et inde originem scire dissensionis plene non possum, quoniam semper ciuitas nostra unam ecclesiam habet et, si habuit dissensionem, nescimus omnino. Zenophilus u. c. consularis dixit: Siluano 17b
communicas? Uictor respondit: ipsi. Zenophilus u. c. consularis dixit: cur ergo intermisso eo, cuius innocentia purgata est? et adiecit: adseueratur praeterea te aliud certissime scire, quod Sil-

I. *cfr.* Optat. 16, 12 sq.; August. c. Cresc. 3, 29; Baluzii Miscellaneorum lib. II, p. 91 (*B*); Voelter, der Ursprung des Donatismus, Freiburg i. B. 1883 (*U*); Deutsch, drei Aktenstücke zur Geschichte des Donatismus, Berlin 1875 (*D*)

2 INCPT-AVGVSTO *litt. maiorib. exar.,* SILVANVM-ORDINAVIT *itemque* CONSTANTINO-AVGVSTO *rubr. C fol. 17a; cfr. D p.* 20 *sq.* 4 nobilissimis caesaribus *C* 5 cons. idib.] constat diebus *C; ante* Sexto *lacunam suspicatus D uerbo* scribente *uel* excipiente *supplet* 6 adsistente—diacono *del. U p.* 75 7 consularis *lineol. del. C* 8 zen. uicarius consul dixit *C (deprauationem compendio* u. c. *false accepto esse natam B censet) sic plerumque* 10 zen. uie*** *(haud dubie* uicarius *ut supra)* consul *C* 25 purgata] probata *Masson.*

uanus traditor sit; de eo confitere. Uictor respondit: hoc nescio. Zenophilus u. c. consularis Nundinario diacono dixit: negat se Uictor scire, quod Siluanus traditor sit. Nundinarius diaconus dixit: scit ipse, nam tradidit codices. Uictor respondit: fugeram hanc tempestatem et, si mentior, peream. cum incursum pateremur repentinae persecutionis, fugiuimus in montem Bellonae. ego sedebam cum Marte diacono et Uictor presbyter. cum ab eodem Marte quaererentur omnes codices, negauit se habere. tunc Uictor dedit nomina omnium lectorum. uentum est ad domum meam, cum absens essem. ascensum est a magistratibus et sublati sunt codices mei. cum ego uenissem, inueni codices sublatos. Nundinarius diaconus dixit: tu ergo respondisti apud acta, quoniam dedisti codices. quare negantur haec, quae prodi possunt? Zenophilus u. c. consularis Uictori dixit: simpliciter confitere, ne strictius interrogeris.

Nundinarius diaconus dixit: legantur acta. Zenophilus u. c. consularis dixit: legantur, et dedit Nundinarius et exceptor recitauit:

„Diocletiano VIII et Maximiano VII consulibus XIIII Kal. Iunias ex actis Munati Felicis flaminis perpetui, curatoris coloniae Cirtensium. cum uentum esset ad domum, in qua christiani conueniebant, Felix flamen perpetuus curator Paulo episcopo dixit: proferte
18a scripturas legis et, si quid aliud hic habetis, ut praeceptum est, ut iussioni parere possitis. Paulus episcopus dixit: scripturas lectores habent. sed nos, quod hic habemus, damus. Felix flamen perpetuus curator Paulo episcopo dixit: ostende lectores aut mitte ad illos. Paulus episcopus dixit: omnes cognoscitis. Felix flamen perpetuus curator reipublicae dixit: non eos nouimus. Paulus episcopus dixit: nouit eos officium publicum, id est Edusius et Iunius exceptores. Felix flamen perpetuus curator reipublicae dixit: manente ratione de lectoribus, quos demonstrabit officium, uos quod habetis, date. sedente Paulo episcopo, Montano et Uic-

18 cfr. Aug. ep. 53, 4; c. Cresc. 3, 29 sq. 4, 66

2 Zenophilus—codices .. respondit *(l. 4) del. U p.* 75 4 nam *Masson.* non *C*, num *BDU* 9 omnia nom. lector. *D* 10 assensum *C* 12 tu ergo—interrogeris (*u.* 15) *spuria cens. U p.* 76 17 et legit Nundinius exc. *Aug. l. c.* 19 manati felicis ** *(lacun. 6 litt.)* praepositi curatoris *C (cfr. August.; erroris originem ostendit conpendium* f. p. *p.* 188, 2) 21 Felix *(iterum lacun. 6 litt.)* praepositi curator *C* 22 si qu. a. hab. *suspic. spuria U p.* 81 ut praecepto et iussioni *BD edd.* 24 sed—damus *spuria cens. U p.* 81 felix f *(lacun. 8 litt.)* curator *C* 26 felix *(lacun. 8 litt.)* curator *C* 29 felix f *(lacuna 12 litt.)* curator *C (sic uel omisso* f *semper)* 30 demonstrauit *C* 31 quod hic hab. *D* sedente P. —rusticanas XVIIII (*p.* 187, 10) *ex actis ecclesiasticis deprompta cens. U p.* 77

tore Deusatelio et Memorio presbyteris, adstante Marte cum Helio diaconis, Marcuclio Catullino Siluano et Caroso subdiaconis, Ianuario Meraclo Fructuoso Miggine Saturnino Uictore et ceteris fossoribus, contra scribente Uictore Aufidi in breui sic: calices duo aurei, item calices sex argentei, urceola sex argentea, cucumellum argenteum, lucernas argenteas septem, cereofala duo, candelas breues aeneas cum lucernis suis septem, item lucernas aeneas undecim cum catenis suis, tunicas muliebres LXXXII, mafortea XXXVIII, tunicas uiriles XVI, caligas uiriles paria XIII, caligas muliebres paria XLVII, coplas rusticanas XVIIII. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Marcuclio Siluano et Caroso fossoribus dixit: proferte hoc, quod habetis. Siluanus et Carosus dixerunt: quod hic fuit, totum hoc eiecimus. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Marcuclio Siluano et Caroso dixit: responsio uestra actis haeret. postea quam in bibliothecis inuenta sunt [ibi] armaria 18b inania, ibi protulit Siluanus capitulatam argenteam et lucernam argenteam, quod diceret se post orcam eas inuenisse. Uictor Aufidi Siluano dixit: mortuus fueras, si non illas inuenisses. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Siluano dixit: quaere diligentius, ne quid hic remanserit. Siluanus dixit: nihil remansit, totum hoc eiecimus. et cum apertum esset triclinium, inuenta sunt ibi dolia IIII et orcae VI. Felix flamen perpetuus curator reipublicae dixit: proferte scripturas, quas habetis, ut praeceptis imperatorum et iussioni parere possimus. Catullinus protulit codicem unum pernimium maiorem. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Marcuclio et Siluano dixit: quare unum tantummodo codicem dedistis? proferte scripturas, quas habetis. Catullinus et Marcuclius dixerunt: plus non habemus, quia subdiacones sumus; sed lectores habent codices. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Marcuclio et Catullino dixit: demonstrate lectores! Marcuclius et Catullinus dixerunt: non scimus, ubi maneant. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Catullino et Marcuclio dixit: si, ubi manent,

1 Deus.] de Castello *Aug.* Marte cum Helio et Marte diacon. *edd.*, *D* 2 diacones *C* murculio .. subdiacones *C* 3 Uictore] Samsurici *add. edd.*, Samsurico *BD* 4 scribente *ore *(in ras.)* autfidi *C* 6 & 7 lucernae argenteae *D* 6 candelae .. aeneae *D* 8 & 9 tunicae .... caligae *(utrimque) D* 10 coplae rusticanae *D* felix—haeret (*u.* 15) *spuria del. U p.* 77 11 acuclio *C* 14 dixit (it *in ras.*) *C* 15 heret (et *ualde obscur.*) *C* posteaquam peruentum est in bibliothecam *scrips. Masson. August. c. Cresc. adferens* 4, 56, posteaquam peruentum est in bibliothecis *D* ibi *inclusi* 16 ibi—eiecimus (*u.* 21) *del. U p.* 79 capitulata argentea et lucerna argentea *C,* capitula argentea et lucernas argenteas *Masson., corr. B* 17 quo diceret *C* arcam *Aug.* 18 illos *C* 22 orcas *C* 24 possitis *edd.* 29 Marc. et Cat. *om. D* 30 demonstrate nobis *edd.*

non nostis, nomina eorum dicite. Catullinus et Marcuclius dixerunt: nos non sumus proditores. ecce sumus, iube nos occidi. Felix flamen perpetuus curator reipublicae dixit: recipiantur. et cum uentum esset ad domum Eugeni, Felix flamen perpetuus curator reipublicae Eugenio dixit: profer scripturas, quas habes, ut praecepto parere possis. et protulit codices quattuor. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Siluano et Caroso dixit: demonstrate
19a ceteros lectores. Siluanus et Carosus dixerunt: iam dixit episcopus, quia Edusius et Iunius exceptores omnes nouerunt; ipsi tibi demonstrent ad domus eorum. Edusius et Iunius exceptores dixerunt: nos eos demonstramus, domine. et cum uentum fuisset ad domum Felicis sarsoris, protulit codices quinque; et cum uentum esset ad domum Uictorini, protulit codices octo; et cum uentum fuisset ad domum Proiecti, protulit codices V maiores et minores II; et cum ad grammatici domum uentum fuisset, Felix flamen perpetuus curator Uictori grammatico dixit: profer scripturas, quas habes, ut praecepto parere possis. Uictor grammaticus optulit codices II et quiniones quattuor. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Uictori dixit: profer scripturas; plus habes. Uictor grammaticus dixit: si plus habuissem, dedissem. et cum uentum fuisset ad domum Eutici Caesariensis, Felix flamen perpetuus curator reipublicae Euticio dixit: profer scripturas, quas habes, ut praecepto parere possis. Euticius dixit: non habeo. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Euticio dixit: professio tua actis haeret. et cum uentum fuisset ad domum Coddeonis, protulit uxor eius codices sex. Felix flamen perpetuus curator reipublicae dixit: quaere, ne plus habeatis, profer. mulier respondit: non habeo. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Boui seruo publico dixit: intra et quaere, ne plus habeat. seruus publicus dixit: quaesiui et non inueni. Felix flamen perpetuus curator reipublicae Uictorino Siluano et Caroso dixit: si quid minus factum fuerit, uos contingit periculum.“

Quibus lectis Zenophilus u. c. consularis Uictori dixit: confitere simpliciter! Uictor respondit: non fui praesens. Nundinarius dia-
19b conus dixit: legimus epistulas episcoporum factas a Forte. et legitur

2 nos non—recipiantur *inepta iudicat U p.* 79 felix f *(lacun. 5 litt.)* p *(lacun. 5 litt.)* curator *C* 5 dixit Eugen. *edd.* 5, 16, 19, 22 profers *C* 10 domos *D* 11 et dum *C* 16 Uict. gram. *om. D* 18, 21. 24 reipublicae *om. C* 21 Caesarianensis *edd.* 24 curatore *C* 26 curatori *C* 30 Felix—periculum *falsarii esse cens. U. p.* 81 35 legamus *propos. D* epistolas *C* a Forte] et aliis *add. Maurini* legit *C*, legit exemplar libelli traditi episcopis a Nund. *edd. D (cfr. August. c. Crescon.* III, 29), legitur *scripsi*

a Nundinario diacono: „testis est Christus etangeli ei us, quoniam tradiderunt, quibus communicastis, id est Siluanus a Cirta traditor est et fur rerum pauperum; quod omnes uos episcopi, presbyteri, diacones, seniores scitis de quadringentis follibus Lucillae, clarissimae feminae, pro quo uobis coniurastis, ut fieret Maiorinus episcopus, et inde factum est schisma; nam et Uictor fullo uestri praesentia et populi dedit folles uiginti, ut factus esset presbyter, quod scit Christus et angeli eius.“

Et recitatum est exemplum epistulae: „Purpurius episcopus Siluano coepiscopo in domino salutem. uenit ad me Nundinarius diaconus filius noster et petiit, has litteras deprecatorias a me ad te, sanctissime, dirigerem, ut, si fieri posset, pax inter te et ipsum sit. hoc enim uolo fieri, ut nemo sciat, quid inter nos agatur, si uolueris scripto tuo, ut et ego solus ibi in re praesenti ueniam et dissensionem ipsam de inter uos amputem. manu sua enim mihi tradidit libellum rei gestae, pro qua causa tuo praecepto fuerit lapidatus. non est uerum, ut pater castiget filium contra ueritatem, et scio, quia uera sunt, quae in libello mihi tradito sunt conscripta. quaere remedium, quo modo poterit ibi malignitas ista extingui, antequam flamma exsurgat, quae post demum extingui non poterit sine sanguine spiritali. adhibete clericos et seniores plebis ecclesiasticos uiros et inquirant diligenter, quae sunt istae dissensiones, ut ea, quae fiunt, secundum fidei praecepta fiant. non declinabis ad dexteram uel ad sinistram, libenter autem aurem conmodare nolis malis instructoribus, qui nolunt pacem. omnes nos occiditis . . . et alia manu: uale.“

Item exemplum epistulae: „Purpurius episcopus clericis et senioribus Cirtensium in domino aeternam salutem! clamat Moyses ad omnem senatum filiorum Israel dixitque illis, quae dominus iubeat fieri. sine consilio seniorum nihil agebatur. itaque et uos, carissimi, quos scio omnem sapientiam caelestem et spiritalem habere, omni uestra uirtute cognoscite, quae sit dissensio haec, et perducite ad pacem. dicit enim Nundinarius diaconus, quod

1 sq. cfr. Aug. c. Cresc. III. 29 6 cfr. Optat. 20, 14

2 cirtha *C* 3 presbiterei *C* 4 de quadr. foll. *in C omissa ex August. suppl.* lucilla consul felix *C (error ex compendio* c. f. *natus uidetur) sed cfr. Aug. l. l.* 5 pro quo duo bis *C* 6 et iure facta *C* 11 aḍ (d *punctis del.*) *C* 12 fieri (i *fin. in ras. corr. ex* et) *C* 14 uoluerit *D* tuo agatur (agatur *eras. et lacuna 3 litt.)* ut *C* ibi *om. D* 15 de] *fortasse* deinde 16 causa fuerit tuo pr. lapid. *D* 21 adhib. cum clericos *C* 23 sint *D* 24 ad dextera . . . sinistra *C* (*cfr. p.* 190,8) 25 mali instructionibus *C* 27 item et *edd.* *post* epistolae *spatium 12 litt. et in u. sq. lacuna 5 litt., sequitur* clericis *C* (Purp. episc. *add. B*) 28 cirthensium *C* 29 ad *om. C* 30 itaque] ita ne *C*

nihil uos lateat, unde haec dissensio est inter carissimum nostrum Siluanum et ipsum. tradidit enim mihi libellum, in quo omnia sunt conscripta. dixit enim et uos non latere. ego scio, quia auris non est. bonum quaerite remedium, quomodo extinguatur haec res sine periculo animae uestrae, ne subito, cum personam accipitis, in iudicio ueniatis. iustum iudicium inter partes iudicate secundum grauitatem uestram et iustitiam. cauete uobis, ne declinetis in dexteram neque in sinistram: dei res agitur, qui scrutatur cogitationes singulorum. elaborate, nemo sciat, quae sit coniuratio haec. uestra sunt, quae libello continentur. non est bonum; dicit enim dominus: ex ore tuo condemnaberis et ex ore tuo iustificaberis."

Item alia recitata: „Siluano fratri carissimo Fortis in domino aeternam salutem! uenit ad me filius noster Nundinarius diaconus et retulit ea quae inter te et illum contigerint ut per maliuoli intercessum, qui uult animas iustorum a uia ueritatis auertere. cum haec audirem, mente defectus sum, quod talis dissensio inter uos uenit. dei enim sacerdos ut ad hoc ueniat * quod non nobis expediat, [ne] fiat. nunc ergo petite eum, ut, quod potest, cum ipso pax domini saluatoris Christi sit, non ad publicum ueniamus et a gentibus damnemur. scriptum est enim: uidete, ne, dum mordetis et causamini inuicem, ab inuicem consumamini. ergo peto dominum, ut tollatur de medio nostrum hoc
20b scandalum, ut possit res dei cum gratiarum actione celebrari domino dicente: pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. quae pax poterit esse, ubi dissensio est, aemulationes sunt? nam cum ego a milite essem ass** separatus et in illo uenissem cum iniuria tali, deo conmendaui animam meam et remisi tibi, quia deus uidet mentes hominum et eorum, siue a te ad illos perductus sum. sed deus nos liberauit et tecum seruimus. ergo sicuti dimissum est nobis, et uos reconciliamini paci, ut in nomine Christi possimus cum gaudio pacem celebrare. nemo sciat."

„Fratribus et filiis, clero et senioribus Fortis in domino aeter-

11 Matth. 12, 37 21 Gal. 5, 15 25 Ioh. 14, 27

2 libellum (llū *in ras.*) *C* 3 scio] sileo *coni. D* 5 persona *C* 6 ueniatis] ruatis *D* 11 condemnaueris *C* 13 *post* recitata *lacun. 9 litt. et sequitur* fratri *C* 15 contigerunt *BD* ut *om. edd. D* 16 intercessu *C* 17 inter nos *C* 18 ueniat] *nonnulla deesse uidentur* 19 ne *siue* non *addendum arbitror* cum et ipsū *C* 21 et agentibus *C* 22 causamini inu**c*m *(in ras.) C* 24 scandalu *(sic) C* 26 dissensio et aem. *D* 27 a militesessē ass *(lacun. 4 litt.)* separ. *C (hic locus perobscurus medelam eludere uidetur)* 32 pacem] pascha *B* (*cfr. p.* 191, 11) *post* sciat *spatium 9 litt. et sequitur* fratribus *C*

nam salutem! uenit ad me filius meus Nundinarius diaconus uester et retulit de ea, quae contra uos sunt gesta; nec non utique a uobis debuit conponi, ne uentum esset, ut talem insaniam passi a quibus lapidarentur pro ueritate, quod et uos et nos scimus, sicuti nobis retulistis; et scriptum est: non est sapiens quisquam inter uos, qui possit iudicare inter fratres? sed et frater cum fratre iudicatur, sed apud infideles, sicuti uos cum in iudicio non intenditis. sic ad hoc exilitum est, ut gentibus demus tale exemplum, ut, qui per nos deo credebant, ipsi nobis maledicant, cum ad publicum peruenimus? ergo ne ad hoc ueniatur, uos, qui spiritales estis, facite, ut nemo sciat, ut cum pace pascha celebremus et hortemini eos paci reconciliari et dissensio non sit, ne, cum ad publicum uentum fuerit, incipiatis et uos periclitari, si hoc factum fuerit, et postea uobis inputetis. dabitis quam plurime tu, possessor Donati presbyter, singuli Ualeri et Uictor, qui omnia scitis acta, date operam, ut pax sit uobiscum."

Item alia recitata: „In domino aeternam salutem! peruenit ad 21a nos Nundinarius filius tuus, non tantum ad me sed et ad fratrem nostrum Fortem et grauem querelam referens. miror grauitati tuae sic te egisse cum filium tuum, quem tu nutristi et ordinasti. si enim aedificium terrae structum sit, non additur quid caeleste, quod per manum sacerdotis aedificatur? sed non est tibi mirandum scriptura dicente: perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo, et iterum dicit: potius dilexerunt homines tenebras magis quam lucem, sicuti et tu facis. sufficiat uobis omnia scire. super quod et frater noster Fortis tibi scripsit, nunc petierim de caritate tua, frater benignissime, ut subpleas dictum Esaiae prophetae: expellite malignitatem de animis uestris et uenite disputemus, dicit dominus, et iterum: proicite malum de medio uestrum. sic et tu fac: subiuga et auerte seditionem eorum, qui noluerunt esse pacem inter te et filium tuum. sed filius tuus Nundinarius

5 I Cor. 6, 5 sq. 23 Es. 29, 14; I Cor. 1, 19 24 Ioh. 3, 19 28 cfr. Es. 1, 16 & 18 30 I Cor. 5, 13

6 et *om. edd.* 7 sed] et hoc *D* cum fratre iudicio contendit et hoc apud *Masson.* uos nunc in iudicio contenditis *D* 9 tale (˜ *eras.*) *C* 11 pascham *C* 15 Donati] Donti *D (de Dontio presbytero Cirtensi cfr. fol.* 22 b*) fortasse* presbyteri singuli *scribendum* 16 actum *C*, actutum *D*, acta *scripsi* opera *C* 17 recitata] fratri Siluano Sabinus *add. B* 19 fortem fortem et *C*, fortem et *uncin. D* 20 cum filio tuo *D* 21 *malim* in terra exstructum sit] est *D* aditur *C* 26 et pat nost *C* 31 seditionem quae *CB*, sedit. qua *D*, sed. eorum qui *scripsi*

in pace tecum pascha celebret, ne res ad publicum ueniat praeterea iam omnibus nobis nota. rogauerim te, frater benignissime, mediocritatis meae conpleas petitionem; nemo sciat.“

Item alia recitata: „Fratri Forti Sabinus in domino aeternam salutem! quae sit caritas, iuxta omnes collegas certus sum peculiariter; tamen secundum dei uoluntatem, qui dixit: quosdam diligo super animam meam, Siluanum te coluisse certus sum. quare non dubitaui haec scripta ad te dare, quia scripta tua ad eum facta dari feci propter nomen Nundinarii; et qui inpigre agit, semper res dei impetu procedit. ne praetendas excusationem; occupatio namque nos diebus istis stringit et incunctanter commouet circa haec usque ante diem solemnissimum paschae, ut per
21b te fiat pinguissima pax, ut digni coheredes Christi inueniamur, qui dixit: pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, et iterum peto, ut facias — et alia manu: opto te in domino bene ualere et nostri memorem esse. uale, sed rogo te, nemo sciat.“

Quibus lectis Zenophilus u. c. consularis dixit: actis et litteris, quae recitatae sunt, traditorem constat esse Siluanum. et Uictori dixit: simpliciter confitere, utrum scias eum aliquid tradidisse. Uictor dixit: tradidit, sed non me praesente. Zenophilus u. c. consularis dixit: quid administrabat tunc Siluanus in clero? Uictor respondit: sub Paulo episcopo orta est persecutio et Siluanus subdiaconus fuit. Nundinarius diaconus respondit: quando uentum est illic, ait, ut factus esset episcopus, respondit populus: alius fiat, exaudi deus. Zenophilus u. c. consularis Uictori dixit: dictum est a populo: Siluanus traditor? Uictor dixit: ego ipse luctatus sum episcopus. Zenophilus u. c. consularis Uictori dixit: ergo sciebas traditorem? de hoc confitere. Uictor respondit: traditor fuit. Nundinarius diaconus dixit: uos seniores clamabatis: exaudi, deus, ciuem nostrum uolumus, ille traditor est. Zenophilus u. c. consularis Uictori dixit: clamasti ergo cum populo, quod traditor esset Siluanus et non deberet fieri episcopus? Uictor dixit: clamaui et ego et populus. nos enim ciuem nostrum petebamus, integrum uirum. Zenophilus u. c. consularis dixit: qua causa putabatis eum non mereri? Uictor dixit: integrum petebamus et ciuem nostrum

6 cfr. Hier. 31, 3; I Ioh. 4, 9 14 Ioh. 14, 27 22 cfr. Aug. c. Cresc. III, 29

4 recit *(lacuna 8 litt. itemque in u. sq. spat. 5 litt.)* *C* 5 caritas i. o. collegas, certus *edd.* 9 fecit *D* 11 stringet *C* 18 lectis *(spatium 9 litt.)* uicarius consul dix. *C* et actis *edd.* 28 ergo sciebas—dixit (*u.* 32) *om. D* 31 uolumus *om. C*

sciebam enim in causam imperatorum ad hoc nos esse uenturos, dum enim talibus conmittitur.

Item inductis et adplicitis Uictore Samsurici et Saturnino fossoribus Zenophilus u. c. consularis dixit: quis uocaris? respondit: 22a Saturninus. Zenophilus u. c. consularis dixit: cuius condicionis es? Saturninus respondit: fossor. Zenophilus u. c. consularis dixit: Siluanum scis esse traditorem? Saturninus dixit: scio lucernam tradidisse argenteam. Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: quid aliud? Saturninus respondit: aliud nescio, nisi quia depost orcam eam eiecit. et remoto Saturnino Zenophilus u. c. consularis dixit adstanti: tu quis uocaris? respondit: Uictor Samsurici. Zenophilus u. c. consularis dixit: cuius condicionis es? Uictor dixit: artifex sum. Zenophilus u. c. consularis dixit: tabulam argenteam quis tradidit? Uictor respondit: non uidi; quod scio, hoc dico. Zenophilus u. c. consularis dixit Uictori: licet iam constiterit ex responsione eorum, qui supra sunt interrogati, tamen tu confitere, utrum Siluanus traditor sit. Uictor dixit: secundo petato (?) quomodo hoc dimisit, ut duceremur ad Carthaginem, ore ipsius episcopi audiui: data est mihi lucerna argentea et capitulatà argentea et has tradidi. Zenophilus u. c. consularis Uictori Samsurici dixit: a quo audisti? Uictor dixit: a Siluano episcopo. Zenophilus u. c. consularis Uictori dixit: ab ipso audisti, quod tradidisset? Uictor dixit: ab ipso audiui, quod suis manibus tradidisset illas. Zenophilus u. c. consularis dixit: ubi audisti? Uictor dixit: in basilica. Zenophilus u. c. consularis dixit: apud Constantinam? Uictor dixit: ibi coepit alloqui populum dicens: de quo dicunt me traditorem esse, de lucerna et capitulata? Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: quid aliud putas ex his esse quaerendum? Nundinarius dixit: de cupis fisci, quis illas tulit. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: quas cupas? Nundinarius dixit: in templo Sarapis 22 fuerunt et tulit illas Purpurius episcopus; acetum, quod habuerunt, tulit illum Siluanus episcopus, Dontius presbyter et Lucianus. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: sciunt id factum, qui adsistunt? Nundinarius respondit: sciunt. diaconus Saturninus dixit: dicebant maiores nostri, quia sublatae sunt. Zenophilus u. c. consularis dixit: a quo sublatae dicuntur? Saturninus dixit: a Purpurio episcopo et acetum a Siluano et Dontio et Superio presby-

1 enim causam imperatorum *C*, enim ante imperatores *B*, enim coram imperatorum adhuc *U* p. 65 in ***addidi*** 8 Saturnino ***om.*** *D* 9 depost ***cfr. Rönsch. Ital.*** 235 10 orca *C* 11 et tu ***edd.*** 17 petato] petito ***edd.***, placito *U p.* 56 25 constantina *C* 27 de lucernam et capitulatam *C* 31 acetrum (= Gefäss f. Flüssig.) *D p.* 30, 71 37 Superio] Luciano *C*, ***emend. B (cfr. p.*** 195, 5)

teris et Luciano diacono. Nundinarius dixit: uiginti folles dedit et factus est presbyter Uictor? Saturninus dixit. et cum diceret, Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: cui dedit? Saturninus dixit: Siluano episcopo. Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: ergo ut fieret presbyter, Siluano episcopo uiginti folles praemium dedit? Saturninus dixit: dedit. Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: ante Siluanum positum est? Saturninus dixit: ante cathedram episcoporum. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: a quo pecunia sublata est? Nundinarius dixit: ipsi episcopi diuiserunt eam inter se. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: Donatum desideras exhiberi? Nundinarius dixit: utique ueniat, de quo clamauit populus biduo post pacem: exaudi deus, ciuem nostrum uolumus. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: certe clamauit hoc populus? respondit: clamauit. Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: traditorem clamauit Siluanum? Saturninus dixit: utique. Nundinarins dixit: quando factus est episcopus, non illi communicauimus, quia dicebatur traditor esse. Saturninus dixit: quod dicit, uerum est. Nundinarius dixit: uidi, quia Mutus
23a harenarius tulit eum in collo. Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: sic factum est? Saturninus dixit: sic. Zenophilus u. c. consularis dixit: uera sunt omnia, quae dicit Nundinarius, quia ab harenariis factus est episcopus Siluanus? Saturninus dixit: uera. Nundinarius dixit: prostibulae illic fuerunt. Zenophilus u. c. consularis Saturnino dixit: harenarii illum gestauerunt? Saturninus dixit: ipsi eum tulerunt et populus; nam ciues in area martyrum fuerunt inclusi. Nundinarius diaconus dixit: numquid populus dei ibi fuit? Saturninus dixit: in casa maiore fuit inclusus. Zenophilus u. c. consularis dixit: certe omnia, quae dicit Nundinarius, uera sunt? Saturninus dixit: uera. Zenophilus u. c. consularis dixit: tu quid dicis? Uictor dixit: uera sunt omnia, domine. Nundinarius dixit: Purpurius episcopus tulit centum folles. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: de quadringentis follibus quos putas interrogandos? Nundinarius dixit: Lucianus diaconus exhibeatur, quia ipse totum scit. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: hine sciunt? Nundinarius dixit: non sciunt. Zenophilus u. c. consularis dixit: exhibeatur Lucianus. Nundinarius dixit: sciunt isti acceptos esse quadringentos folles, sed quia episcopi eos diuiserunt, nesciunt. Zenophilus u. c. consularis Nundinario et Uictori dixit: scitis acceptos esse folles a Lucilla? Saturninus et Uictor

2 saturnini *C* dixit *asterisc. adp. B* 3 cui dedit—Saturnino dixit *om. D* 8 cathedra *C* 12 pacem] pare *CB, corr. D p.* 30 20 sic Zen.—dixit *(u. sq.) om. D* 33 diaconus (dia *eras. uidetur*) *C* 35 hine] iine *edd.* 39 follus *C*

dixerunt: scimus. Zenophilus u. c. consularis dixit: pauperes non acceperunt? dixerunt: nemo nihil accepit. Zenophilus u. c. consularis Saturnino et Uictori dixit: nihil de fano Sarapis sublatum est? Saturninus et Uictor dixerunt: Purpurius tulit cupas et Siluanus episcopus et Dontius et Superius presbyteri et Lucianus diaconus tulerunt acetum. Zenophilus u. c. consularis dixit: respon- 23b
sione Uictoris grammatici et Uictoris Samsurici et Saturnini claruit uera esse omnia, quae suggesserit Nundinarius. submoueantur et exeant.

Zenophilus u. c. consularis dixit: quos alios putas interrogandos? Nundinarius dixit: Castum diaconum, ut dicat, si non est traditor; ipse illum ordinauit. et inducto et adplicito Casto diacone Zenophilus u. c. consularis dixit: quis uocaris? respondit: Castus. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: cuius condicionis es? Castus dixit: nullam dignitatem habeo. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: licet nunc per Uictorem grammaticum quam etiam per Uictorem Samsurici et Saturninum uenerunt in confessionem, quae Nundinarius obicit, tamen etiam tu confitere, utrum traditor sit Siluanus. Castus respondit: dicebat, quod inuenerit lucernam post orcam. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: etiam de cupas de fano Sarapis sublatas et aceto confitere. Castus respondit: Purpurius episcopus tulit cupas. Zenophilus u. c. consularis dixit: acetum quis? respondit Castus, quod tulerunt inde acetum Siluanus episcopus, Dontius et Superius presbyteri. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: confitere, quot folles dedit Uictor, ut presbyter fieret. Castus dixit: optulit, domine, saccellum, et quid habuerit, nescio. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: cui datum est saccellum? Castus dixit: illo tulit eum in casa maiore. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: populo non est diuisa pecunia? Castus respondit: non est data nec uidi. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: de folles, quos Lucilla dedit, populus minutus nihil accepit? Castus dixit: non uidi accipere neminem. Zenophilus u. c. consularis Casto dixit: quo ergo peruenerunt? Castus dixit: nescio. Nundinarius dixit: utique uel audisti uel uidisti, si dictum est 24a
pauperibus: dat et uobis de re sua Lucilla? Castus dixit: non uidi aliquem accipere. Zenophilus u. c. consularis dixit: manifesta

5 Dontius] Donatus *C (sed cfr. p.* 191, 15; 193, 37; 195, 24 6 Zen. uicarius cosul *(sic) C* 8 suggessit *edd.* 19 dicebat dicebant *C* 20 dixit Casto *edd.*, Casto *om. D* 21 de cupas . . . sublatas *CB (cfr. u.* 31*)* 25 quod *C* 26 & 28 sacellum *CB* 29 dix. Cast. *(add. transp. sign.) C* 31 de folles *CB* (*cfr. u.* 21) 34 si] sic *C*

est Casti confessio, quod folles, quos Lucilla donauit, populo diuisos esse nesciret, et ideo amoueatur.

Item inducto et adplicito Crescentiano subdiacono Zenophilus u. c. consularis dixit? quis uocaris? respondit: Crescentianus. Zenophilus u. c. consularis Crescentiano dixit: simpliciter sicut et ceteri confitere, utrum scias traditorem Siluanum. Crescentianus dixit: priores, qui fuerunt clerici, ipsi retulerunt singula. Zenophilus u. c. consularis Crescentiano dixit: quid retulerunt? Crescentianus dixit: referebant, quod traditor esset. Zenophilus u. c. consularis Crescentiano dixit: dixerunt illum traditorem? et adiecit: qui dicebant? Crescentianus dixit: qui cum illo conuersabantur in plebe, dixerunt, quod aliquando tradidisset. Zenophilus u. c. consularis Crescentiano dixit: de Siluano dicebant? Crescentianus dixit: utique. Zenophilus u. c. consularis Crescentiano dixit: cum factus fuisset episcopus, praesto fuisti? Crescentianus dixit: praesens cum populo fui inclusus in casa maiore. Nundinarius diaconus dixit: campeses et harenarii fecerunt illum episcopum. Zenophilus u. c. consularis Crescentiano dixit: Mutus harenarius certe eum sustulit? dixit: manifeste. Zenophilus u. c. consularis Crescentiano dixit: cupas de fano Sarapis scis esse sublatas? Crescentianus dixit: plures dicebant, quod Purpurius episcopus ipse sustulerit cupas et acetum, quod ad senem nostrum Siluanum peruenisset, et filii Aelionis dicebant. Zenophilus u. c. consularis
24b Crescentiano dixit: quid audisti? Crescentianus dixit: acetum sublatum a sene Siluano et Dontio et Superio presbyteris et Luciano diacono. Zenophilus u. c. consularis Crescentiano dixit: ex CCCC follibus, quos Lucilla donauit, populus aliquid accepit? Crescentianus dixit: nihil inde nemo accepit, nescio, nec quis illos erogauerit. Nundinarius dixit: aniculae numquam inde aliquid acceperunt? Crescentianus dixit: nihil. Zenophilus u. c. consularis dixit: certe quotiens aliquid tale donatur, omnes inde populares publice accipiunt? Crescentianus dixit: non audiui uel uidi dedisse illum aliquos. Zenophilus u. c. consularis Crescentiano dixit: nihil ergo datum est de CCCC follibus populo? Crescentianus dixit: nihil; utique peruenisset aliqua partiuncula ad nos. Zenophilus u. c. consularis dixit: quo ergo sublati sunt? Crescentianus dixit: nescio, nemo nihil accepit. Nundinarius dixit: Uictor quot folles dedit,

2 nescit et *D* *post* amoueatur *lacun. 15 litt. quam expleui uerbis* Item inducto 7 singulis *C* 17 campeses] campenses *edd. quod idem significat* (*cfr. Rönsch Ital.* 461, *Fröhner Phil.* XIII, 170) harenari *C* 22 senem] senecem *C* (*cfr. u.* 25) 24 aceto sublato *C* 28 illu *C* 33 aliquo *C* 37 quod *C*

ut fieret presbyter? Crescentianus dixit: uidi allatos cophinos cum pecunia. Zenophilus u. c. consularis Crescentiano dixit: cui dati sunt cophini? Crescentianus dixit: episcopo Siluano. Zenophilus u. c. consularis dixit: Siluano dati sunt? Crescentianus dixit: Siluano. Zenophilus u. c. consularis dixit: populo nihil datum est? respondit: nihil; necesse est, ut et nos aliquid acciperemus, si distribuerentur, sicut solet. Zenophilus u. c. consularis Nundinario dixit: quid aliud de Crescentiano putas esse requirendum? Nundinarius dixit: ipsud est. Zenophilus u. c. consularis dixit: quoniam de omnibus Crescentianus subdiaconus simpliciter confessus est, submoueatur.

Item inducto et adplicito Ianuario subdiacono Zenophilus u. c. consularis dixit: quis uocaris? respondit * * *

II.

Acta purgationis Felicis episcopi Autumnitani. 25a

**in municipio Autumnitanorum Gallienus duouir dixit: quoniam praesens es, Caeciliane, audi litteras domini mei Aeli Paulini uiri spectabilis agentis uicariam praefecturam, quid iubere sit dignatus secundum epistolam ad nos datam, quae declarare te conpellit et scribam, quem habuisti tunc temporis administrationis tuae, et tabularium. sed quoniam tabularius eius temporis uita functus est, et omnes actus administrationis tuae secundum fidem litterarum eiusdem mei domini tecum perferre debebis et ad coloniam Carthaginiensem cum scriba tuo proficisci necesse est. praesens est curator, sub cuius praesentiam uos conpellimus. quid ad hoc respondes? Caecilianus dixit: mox ad me epistolam Aeli Paulini uiri spectabilis agentis uicariam praefecturam pertulistis, statim ad scribam Miccium misi, ueniret, ut acta ipsius temporis confecta mihi obtulisset, et usque adhuc inquirit; et quoniam non modicum

II cfr. Baluz. l. c. p. 81; Voelter l. c. *p.* 11 *sq*; Deutsch l. c. p. 9 sq. 16 cfr. Optat. 1, 27; Aug. c. Cresc. 3, 70; ep. 88, 4

1 & 3 cofinos (i) *C* 8 requirend* (u *eras. uidetur*) *C* 10 simpl**citer *(alterum* l *eras.) C* 12 diacono *D* 13 *uerbo* respondit *gesta abrupta sunt in C fol. 24b*

15 ACTA—AVTVMNITANI *summo in folio 25a add. m. rec. C* acta] gesta *edd. (sed cfr. subscript.)* Aptungitani *B* 16 *ante* in *asterisc. m. ant. C* duouiru *C*, *(sic ubique)*, duumuir *edd. (sed cfr. Georges, lat. Lexik.)* 17 Aeli *P.*] Uerini *coni. B* uiri sp.] usp *C (sic semper)* 18 & 27 agens *C* 24 cum scripta tua *C (corr. Masson.)* nec esse ẽ *C* 26 respondimus (mus *perobscur.*) *C* epistolae *C* 28 misi uenit ut *C*, misi ut ueniret et *B D (l. c. p.* 9), misi ueniret ut *scripsi* 29 inquiret *C* et *om. edd.*

tempus est, ex quo duouiratum administraui — anni sunt XI — itaque cum inuenerit, parebo tanto praecepto. Gallienus duouir dixit: tua interest iussioni parere; uides enim iussionem esse sacram. Caecilianus dixit: deuotus sum tanto praecepto.

Item cum paulo post scriba Miccius superuenisset, Fuscius duouir dixit: audisti et tu, Micci, quod et tu una cum Caeciliano necessarius es ire ad officium uiri spectabilis uicarii, instructionem eius temporis ut uobiscum perferatis. ad haec quid dicis? Miccius respondit: magistratus subpleto anno omnes actus suos domum
25b suam tulit *** si in eis cera possit inueniri, inquiro. et cum quaereret, Quintus Sisenna duouir dixit: quod cognouit officium, respondit. Apronianus dixit: si omnes actus suos tulerat magistratus, unde acta, quae tunc emissa erant uel confecta tanto tempore? et cum diceret, Aelianus proconsul dixit: et mea interrogatio et singularum personarum responsio actis continetur. Agesilaus dixit: sunt praeterea et aliae epistolae huic rei necessariae; interest, ut legantur. Aelianus proconsul dixit: lege Caeciliano audiente, ut agnoscat, an ipse dictauerit. Agesilaus recitauit: „[Uolusiano] et Anniano consulibus XIIII Kal. Sept. in iure apud Aurelium Didymum Speretium sacerdotem Iouis optimi maximi duouirum splendidae coloniae Carthaginiensium Maximus dixit: loquor nomine seniorum christiani populi catholicae legis. apud maximos imperatores causa agenda erit contra Caecilianum et Felicem, qui principatum eiusdem legis omni ui conantur inuadere. contra ipsos documenta crimihum eius conquiruntur, nam cum persecutio esset indicta christianis, id est, ut sacrificarent aut quascumque scripturas haberent, incendio traderent, Felix, qui tunc episcopus fuit Autumnos, consensum adtulerat, ut de manu Galati scripturae traderentur, ut igni concremari possent. et erat tunc temporis magistratus Alfius Caecilianus, quem praesentem uidere dignaris. et quoniam eius temporis officium incumbebat, ut ex iussione proconsulari omnes sacrificarent et si quas scrip-

1 duouiratu *C* 2 galienus *C* 6 quod enim (enim *perduct. m. ant.*) et *C* 7 officium uspt uicariū *C* 9 domu sua *C* 10 tulit] *add.* sed ei in cera possit inueniri *C*, si ei in c. possit in. *Masson.*, si mei in cera possint in. *B*, si in eis cera possit in . *D qui lacunam post* tulit *suspicatur* (*p.* 10 *l. c.*) *mihi probatus (cfr. U. p.* 14*)* 18 recitauit] *post spatium 17 litt. in u. sq. sequitur* et aniano *C*, Uolusiano *B inserit respiciens ad Aug. . p. collat.* 56 *et ep. 33* 19 aniano *C* XIIII Kal.] XV Cal. Mart. *Aug. l. l.* 21 duouiru recitauit splend. *C* 22 popoli *(corr. m. 1) C* 24 omnia conatur *CB*, omnia *uncin. D nisi transponitur ante* documenta, omni ui *scripsi* 26 indicta esset *D* 28 fuit] erat *D* authumnos *C*, autumnis *edd. (accus. retinet D sermone uulgari nisus)* 29 erant *C*

turas haberent, offerrent secundum sacram legem, quaeso secundum [quod prae]sens est et senem uides et non potest ad comitatum sacrum pergere, apud acta deponat, utrumne iam de pactione 26a
secundum [acta] ab eodem habita litteras dederit et utrum ea, quae in litteris contulerit, uera sint, ut horum actus et fides in iudicio sacro detegi possit. adstanti Caeciliano Speretius duouir dixit: audis, quae apud acta sint deposita? Alfius Caecilianus dixit: Zama ieram propter lineas comparandas cum Saturnino, et cum ueniremus illo, mittunt ad me in praetorio ipsi christiani, ut dicerent: sacrum praeceptum ad te peruenit? ego dixi: non, sed uidi iam exempla et Zama et Furnis dirui basilicas et uri scripturas uidi. itaque proferte, si quas scripturas habetis, ut iussioni sacrae pareatur. tunc mittunt in domo episcopi Felicis, ut tollerent inde scripturas, ut exuri possent secundum sacrum praeceptum. sic Galatius nobiscum perrexit ad locum, ubi orationes celebrare consueti fuerant. inde cathedram tulimus et epistolas salutatorias et ostia omnia combusta sunt secundum sacrum praeceptum. et cum ad domum eiusdem Felicis episcopi mitteremus, renuntiauerunt officiales publici illum absentem esse. nam cum posteriore tempore adueniret Ingentius scriba Augenti, cum quo aedilitatem administraui, dictaui epistolam eidem collegae, quam feci ad eundem episcopum Felicem. Maximus dixit: praesens est, eadem epistola ei offeratur, ut eandem recognoscat. respondit: ipsa est. Maximus dixit: quoniam recognouit epistolam suam, hanc lego et oro, plena actis inseratur. et recitauit:

„Caecilianus parenti Felici salutem! cum Ingentius collegam meum Augentium amicum suum conueniret et inquisisset, anno duouiratus mei an aliquae scripturae legis uestrae secundum sacram legem adustae sint *** quam Galatius meus ex lege uestra publice 26b

1 secundum sens est *CB*, Secundus senex est *Masson.; recepi quae D suppleuit* 4 acta *add. D* 6 speretius duouiru *C* 8 Zama i erā proper *C*, Zamae eram *B* 9 uenerimus *D* mittent *C (idem u.* 13) 11 Zamae *edd.* 13 *inter* tunc mittunt . . praeceptum *et* sic Galatius (*u.* 15) *intercidisse nonnulla et* ut tollerent—praeceptum *delenda cens. U. p.* 16 *sq.* in domum *edd.* ut] *transpos. usus pergit U.* (*p.* 20) deprecatorium—tollo (*p.* 202, 19—26) sic Galatius praeceptum *u. supra l.* 15 16 in *C* de salutares *D (sed cfr. U p.* 20, *Weiszäcker Theolog. Lit. Ztg.* 1876. 162) 17 ostia] postea *U l. c. p.* 20, 19 *post* esse *lacunam suspicantur DU p.* 33 posteriori *edd.* 23 eadem *C* 26 cum Ing. —adustae sint (*u.* 29) *spuria del. U. p.* 24. 33 collegam eius *(seu* collega meus) augentianum *C, corr. B* (*cfr. p.* 201, 33. 34) 29 sint] *maximam epistulae partem hoc loco desiderari nemo negabit* quam] postquam *U p.* 24 meus] unus *CB* publicę *C*

epistolas salutatorias de basilica protulerit. opto te bene ualere.“ hoc signum, quod deprecatorium ad me miserant christiani et ipse cuius est praetorium et dixisti: tolle clauem et quos inueneris in cathedra libros et super lapide codices, tolles illos. sane uide, officiales ne tollant oleum et triticum. et ego dixi tibi: tu nescis, quia, ubi scripturae inueniuntur, ipsa domus diruitur? et dixisti: quid ergo facimus? et dixi ego uobis: tollat aliquis de uestris in area, ubi orationes facitis, et illic ponantur. et ego uenio cum officiales et tollo. et nos illo uenimus et omnia tulimus secundum sacrum praeceptum.

Maximus dixit: quoniam eius epistolae lectio apud acta recitata est, quam ipse agnouit se misisse, quae dixit, quaesumus actis haereant. Speretius duouir dixit: quae dixisti, scripta sunt.

Agesilaus dixit: ad praesentem epistolam recognouit, residuam partem, quam nunc legit, falsam esse dicit. Caecilianus dixit: domine, usque hoc dictaui, usque quo habet: „opto te, parens carissime, bene ualere.“

Apronianus dixit: semper sic falsum per terrorem, per scaenam, per inrelegiosam mentem actum est ab his, qui catholicae ecclesiae consentire noluerunt. nam Paulino hic administrante uices praefectorum subornatus est quidam priuatus homo, qui modicum cursoris haberet, qui ad catholicae unitatis [fideles] ueniret atque eos induceret et terreret. detecta igitur factio est. nam conponebatur Felici relegiosissimo episcopo per mendacium, ut uideretur
27a scripturas prodidisse et exussisse. Ingentius quidem, cum hoc totum, quicquid agebat, obesset sanctitati et relegioni Caeciliani, subornatus est, ut ueniret cum litteris ueluti Felicis episcopi ad Caecilianum duouirum et ei confingeret a Felice se esse mandatum. dicat ipsa uerba, quibus hoc est confictum. Aelianus proconsul dixit: dic. Apronianus dixit: dic, inquit, Caeciliano amico meo,

1 sq. cfr. p. 202, 19

1 ualere] *excipientia facit D uerba* Ages. dixit—bene ualere (*u.* 14—17) *tum* Aelianus pr. dixit *sq. p.* 202, 15 (hoc signum—scripta sunt *u.* 2—13 *uncin. D p* 13) 2 hoc signo (= das bezeuge ich) *U p.* 18 (cfr. 202, 19) 3 ipse cuius est] ingressus es *U p.* 18 precatorium *edd.* claue *C* 7 faciemus *edd.* dixit ego *C* aliqui *C* 9 c. officialibus *edd. praeter B* 13 hereat *C* 14 ad praesente epistola (epistolam *B*) *CB*, *defend. U. p.* 41 15 falsa *C* 16 usque ad hoc *edd.* 21 modum (= formam, speciem) curs. *BD* 22 catholicae unitatis uen. *C*, catholicae unitatem *edd.* c. ecclesiae un. *D*, fideles *addidi* 23 indiceret *C* 25 et *(repet. in fol. initio) C* Ingentius—reddam illos (*p.* 201, 3) *supposita cens. U. p.* 30 *sq.* quidam *C* 28 a felicem *C* 29 ipse *prop. D*

quod codices accepi pretiosos deificos XI, quiaque me nunc conuenit, ut illos restituam, dic, quod anno magistratus tui eos exusseris, ne reddam illos. qua de re igitur de Ingentio quaerendum est, quatenus haec machinata sint ac fabricata, et quatenus uoluerit circumscribere magistrum ad mendacium, ut Felicem aspergeret infamia. dicat, a quo missus sit, uerum tamen si machinationem istam in conscientiam Felicis**, quo Caeciliani pudori et initio (?) derogaret. est enim quidam, qui per Mauritaniam et Numidiam legatus missus sit ex diuersa parte.

Et adstante Ingentio Aelianus proconsul dixit: cuius praecepto ea suscepisti agenda, quae tibi obiciuntur? Ingentius dixit: ubi? Aelianus proconsul dixit: quoniam fingis te non intellegere, quod interrogaris, dicam apertius: quis te ad magistratum Caecilianum misit? Ingentius dixit: nemo me misit. Aelianus proconsul dixit: quomodo ergo uenisti ad magistratum Caecilianum? Ingentius dixit: cum uenissemus et ageretur causa Mauri ab Utica episcopi, qui episcopatum sibi redemit, ad urbem ascendit Autumnitanus episcopus Felix, ut tractaret, et dixit: nemo communicet, quia falsum admisit. et dixi illi ego econtra: nec tibi nec illi, quia traditor es. dolui enim causam Mauri hospitis mei, quia communicaueram 27b cum illo in peregre, quia euasi persecutionem. exinde iui in patriam ipsius Felicis, duxi mecum tres seniores, ut uiderent, an uerum tradidisset annon. Apronianus dixit: non ita, uenit ad Caecilianum; quaere de Caeciliano. Aelianus proconsul Caeciliano dixit: quomodo ad te uenit Ingentius? Caecilianus respondit: domi ad me uenit, prandebam cum operarios uenit illuc, stetit in ianua. Caecilianus ubi est? dixit. respondi: hic. ego dico ei: quid est? omnia recte? omnia, dicit. respondi illi: si non fastidis prandere, ueni, prande. dicit mihi: reuertor huc. uenit illuc solus. dicere mihi coepit: ecce sic mihi curare et inquirere, an adusta fuerit scriptura anno duouiratus mei. dico illi ego: molestus es mihi, tu homo inmissus es, laxa hinc te a me. et spreui illum a me. et uenit illo iterato cum collega meo, cum quo fui aedilis. ait mihi collega meus: Felix noster episcopus misit huc hominem, ut facias illi litteras, quia accepit codices pretiosos et noluit

1 quique *C* 4 et quatenus—asperg. infamia *del. U. p.* 31 *sq.* 5 magistratum *B* 6 si *om. edd.* 7 in conscientia *D* felicis] parauerit *uel tale aliquid addendum uidetur* 8 quidem *C* mauritania et numidia *C* 13 dic *C* 16 causam auri *C* 17 ad urbe *C* 19 contra *edd.* qui *edd.* 21 iui] ibi *CB* in patria *CB* 24 quaerere *CB*, quaere *scripsi (uel* dignare quaerere *cfr. p.* 203, 12) Caecil.] Felice *suspicatur D* 26 c. operararios *C* 27 hic] hoc *C* 30 cu***rare (*lac. 3 litt.*) *C* 34 huc] hoc *C*, hunc *BD*

reuocare illos. scribas illo, quod anno duouiratus tui conbusti sunt. et dixi ego: haec est fides christianorum? Ingentius dixit: domine, ueniat et Augentius. et ego honorificus sum et honor meus pereat et huius latera habemus. Aelianus proconsul Ingentio dixit: reuinceris alio titulo. Aelianus proconsul ad officium dixit: apta illum. cumque aptaretur, Aelianus proconsul dixit: suspendatur, cumque suspenderetur, Aelianus proconsul Caeciliano dixit: quomodo ad te Ingentius uenit? respondit: misit huc me Felix,
28a dixit, noster, ut scribas illo, quia est unus perditus nescio qui habens penes me codices pretiosissimos et nolo illos restituere. itaque fac litteras, quia adusti sunt, ne reuocet illos. et ego dixi: christiani fides haec est? et coepi illum corripere et ait collega meus: scribe illo Felici nostro. et sic ego epistolam dictaui, quae paret, usque quo dictaui.

Aelianus proconsul dixit: audi sine metu recitationem epistolae tuae, recognosce, quousque dictaueris. Agesilaus recitauit: „. . . . opto te, parens carissime, multos annos bene ualere.“ Aelianus proconsul Caeciliano dixit: hucusque dictasti? respondit: hucusque, relicum falsum est. Agesilaus recitauit: hoc signo quod deprecatorium ad me misisti, nisi ego et tu et cuius est praetorium et dixit: tolle clauem et quos inuenies in cathedra libros et super lapide codices, tolle illos. sane uide, officiales ne tollant oleum et triticum. et ego dixi: tu nescis, quia, ubi scripturae inueniuntur, et ipsa domus diruitur? et dixisti: quid ergo faciemus? et dixi ego uobis: tollat aliquis de uobis in areis, ubi orationes facitis, et illic ponantur. et ego uenio cum officiales et tollo. et [nos illo uenimus] et omnia tulimus secundum placitum et adussimus secundum sacrum praeceptum.

Maximus dixit: quoniam eius epistolae tenor etiam apud acta recitatus est, quam ipse agnouisse ac misisse dixit, quaesumus, hoc actis tuis haereat. Speretius dixit: quae dixistis, scripta sunt. Caecilianus respondit: ex illo est falsum, hucusque est epistola mea, quousque dixi: ‘bene uale, parens carissime’. Aelianus pro-

6 cfr. Optat. p. 29, 13 19 sq. cfr. p. 200, 1

1 reuocari *D* 3 Auxentius *C (sed recte postea)* 4 h. latera] eius litteras *Masson.* 5 dixit ad off. *edd.* 6 dixit—procons. *om. D* 8 hoc *C* 11 reuocem *CB, corr. D* 20 de praetorium *CB*, deprecatorium *edd.*, de praetorio *D* (*sed cfr. U. p.* 18) et tu et cuius est] et tu ingressus es *U l. c.* 21 dixisti *edd.* claue *C* et quod *C* 26 officialibus *edd. praeter B* tollo et***ll***et omnia *C* (nos illo uenimus *add. B*) 27 placitum adusi sumus *C* (*fortasse* placitum ut iussi sumus) 30 recitatum *C* agnouit ac se misisse *prop. D* 32 ex illo] cillo *CB, corr. D* (*fortasse* relicum *cfr. u.* 19) hucusque *scripsi*, quousque *C edd.*

consul dixit: quem dicis addidisse ad epistolam? Caecilianus dixit: Ingentium. Aelianus proconsul dixit: professio tua actis haeret.

Aelianus proconsul Ingentio dixit: torqueris, ne mentiaris. Ingentius dixit: erraui, huic epistolae ego addidi dolens causa Mauri hospitis mei. Aelianus proconsul dixit: [Constantinus] Maxi- 28b
mus semper Augustus et Licinius Caesares ita pietatem christianis exhibere dignantur, ut disciplinam corrumpi nolint, sed potius obseruari relegionem istam et coli uelint. noli itaque tibi blandiri, quod cum mihi dicas dei cultorem te esse, [ac] propterea non possis torqueri. torqueris, ne mentiaris, quod alienum christianis esse uidetur. et ideo dic simpliciter, ne torquearis. Ingentius dixit: iam confessus sum sine tormento. Apronianus dixit: dignare de eo quaerere, qua auctoritate, quo dolo, qua insania circuierit Mauritanias omnes, Numidias etiam, qua ratione seditionem commouerit catholicae ecclesiae. Aelianus proconsul dixit: ad Numidias fuisti? respondit: non, domine. sit, qui probet. Aelianus proconsul dixit: nec in Mauritania? respondit: negotiari illo fui. Apronianus dixit: et in hoc mentitur, domine — nam ad Mauritaniae situm non nisi per Numidias pergitur — quatenus dicit se in Mauritania fuisse, non fuisse in Numidia. Aelianus proconsul Ingentio dixit: cuius condicionis es? Ingentius respondit: decurio sum Ziquensium. Aelianus proconsul ad officium dixit: submitte illum. quo submisso Aelianus proconsul Caeciliano dixit: falsa dicis, quae dixisti. Caecilianus respondit: non, domine. is qui scripsit epistolam, iube ueniat, amicus ipsius est, ipse dicet, quousque dictaui epistolam. Aelianus proconsul dixit: quis est ille, quem uenire desideras? Caecilianus dixit: Augentium, cum quo fui aedilis. non possum probare nisi per ipsum Augentium, qui scripsit epistolam; quo- 29a
usque dictaui illi, ipse dicere potest. Aelianus proconsul dixit: constat ergo falsam esse epistolam? Caecilianus respondit: constat, domine, non mentior in sanguine meo. Aelianus proconsul dixit: cum duouiratum egeris in patria tua, oportet fidem uerbis tuis habere. Apronianus dixit: nec nouum est illis hoc facere. ceterum et actis addiderunt, quod uoluerunt: iam artificium est illis. Aeli-

3 Aelianus—hosp. mei *supposita cens. D p.* 16 n. 34, *U p.* 35 sq.; *huc transponit U* Ingentius—aptaretur (p. 202, 2—6) 4 causa *cfr. p.* 201, 20 5 dixit] *una linea uacat, tum sequitur* Maximus *C* (Const. *add. B*) 6 Caesar *C* 9 cum *om. edd.* dei cultorem] decurionem *B Baronium secutus;* ac *delendum uidetur si* cum *teneas* 11 Ingentius—tormento *postea inserta cens. U p.* 37 12 apronius *(sic semper) C* Apron. dixit—in Numidia (*u.* 20) *del. U p.* 37 13 qua] quia *C* 19 numidia aspergitur *C* 24 epistola *C* 30 falsa . . epistola *C* 32 duouiratu *C*

anus proconsul dixit: professione Caeciliani, qui acta falsata esse dicit atque epistolae plurima addita, manifestatum est, qua uoluntate haec gesserit Ingentius, et ideo recipiatur in carcerem; est enim artiori interrogationi necessarius. Felicem autem relegiosum episcopum liberum esse ab exustione instrumentorum deificorum manifestum est, cum nemo in eum aliquid probare potuerit, quod relegiosissimas scripturas prodiderit uel exusserit. omnium enim interrogatio supra scripta manifestata est nullas scripturas deificas uel inuentas uel corruptas uel incensas fuisse. hoc actis continetur, quod Felix episcopus relegiosus illis temporibus neque praesens fuerit neque conscientiam accomodauerit neque tale aliquid fieri iusserit.

Agesilaus dixit: de his, qui ad potestatem uestram instruendam uenerunt, quid iubet potestas tua? Aelianus proconsul dixit: reuertantur ad sedes suas.

III.

29b Constantinus Augustus Aelafio.

Iam quidem antehac cum perlatum fuisset ad scientiam meam apud Africam nostram plures uesano furore uanis criminationibus contra se inuicem super obseruantiam sanctissimae legis catholicae discedere coepisse, dirimendae dissensionis huiuscemodi causa placuerat mihi, ut ad urbem Romam tam Caecilianus Carthaginensis episcopus, contra quem uel maxime uniuersi saepe me conuenerunt, quam etiam aliqui ex his, qui ei quaedam obicienda crediderant, praesentiam sui exhiberent. nam etiam ad supra dictam urbem Romam nostram quosdam episcopos ex Galliis ire praeceperam, ut tam hi pro integritate uitae suae atque laudabili instituto sed et septem eiusdem communionis quam etiam urbis Romae episcopi atque illi, qui cum hisdem cognoscerent, possent rei, quae uidetur

1—12 cfr. Optat. p. 29, 21 sq. Aug. c. Cresc. 3, 70

1 dixit professio *C*, d. ex professione *edd.*, d. professione *scripsi* falsa *August. l. l.* 2 manifestum *edd.*, manifesta *August. l. l.* 3 recipietur *August. l. l.* 7 religiosas *August. l. l.* prodiderit] tradiderit *edd.*, *Aug. l. c.* 8 suprascriptorum *Optatus p.* 30, 4 manifesta *Optat. et Aug. l. c.* 10 quo *C* 11 commodauerit *August. l. l.* 15 suas] EXPLICIT GESTA PVRGATIONIS FELICIS EPI AVTVMNITANI ORDINATORIS CAECILIANI CARTHAGINIS *C fol.* 29a

III INCIP EXEMPLVM EPISTOLAE CONSTANTINI *et in u. sq.* CONSTANTINVS (*rubr.*) *C fol.* 29b 20 obseruantia *edd.* legis] fidei *edd.* 21 dissidere *edd.* causae *C* 23 conuenerant *edd.* 25 urbem nostram *R edd.* 27 tam hii *C* 28 episcopus *edd.* 29 uidebatur *edd.*

esse commota, fidem debitam adhibere, qui quidem ea, quaecumque in praesentia eorum fuerant gesta, cuncta ad scientiam meam etiam actis habitis retulerunt uerbo insuper adfirmantes, quod iudicium suum pro rerum fuisset aequitate depromtum, eosque potius causae obnoxios esse dicentes, qui contra Caecilianum quaedam putauerunt commouere adeo, ut istud post iudicium habitum Africam ipsos remeasse prohiberent. inde propter haec omnia probabili rerum aestimatione speraueram, quod omnibus omnino seditionibus et contentionibus, quae aliis hominibus uidebantur subito commotae, finis debitus fuisset impositus. sed cum 30a
dictationis tuae scripta legissem, quae ad Nicasium et ceteros super hisdem simulationibus grauitas tua mittenda crediderat, euidenter agnoui, quod neque respectus salutis suae neque, quod est maius, dei omnipotentis uenerationem ante oculos suos uelint ponere, siquidem ea agere persistant, quae non modo ad ipsorum dedecus infamiamque pertineant sed etiam his hominibus detrahendi dent facultatem, qui longe ab huiuscemodi sanctissima obseruantia sensus suos noscuntur auertere. nam id quoque te scire conuenit, quod ex hisdem uenerunt adserentes, quod minus dignus idem Caecilianus cultu sanctissimae religionis habeatur, et contra id, quod hisdem responderam, frustra eos id iactare, quippe cum res fuisset apud urbem Romam ab idoneis ac probatissimis uiris episcopis terminata; obnixe ac pertinaciter respondendum aestimauerunt, quod enim omnis causa non fuisset audita, sed potius idem episcopi quodam loco se clausissent et, prout ipsis aptum fuerat, iudicassent. quare cum haec tot et tanta nimium obnixe dissensiones protrahere peruiderem, ita ut nullo modo finis isdem dari posse uideatur, nisi et Caecilianus idem et ex his, qui contra eum dissident, tres aliqui in iudicium eorum, qui contra Caecilianum sentiunt consensumque debent, ad Arelatense oppidum uenirent, iniungendum solertiae tuae duxi, ut mox has litteras meas acciperes, tam Caecilianum supra dictum cum aliquibus ex his, quos ipse delegerit — sed et de Byzacenae, Trispolitanae, Numidiarum et Mauritaniarum et prouinciis singulis, quique aliquantos ex suis perducere debebunt, quos ipsi putauerint eligendos — sed 30b

17 sq. cfr. Aug. c. ep. Parm. 1, 8; ep. 68. 162. 165

1 finem debitum *edd.* qui *om.* *C* 2 in praesententiarum *C* 6 istum *C* 8 sperauerunt *C* 9 quae ab iis h. *edd.* 10 impositus] impetus *C* 13 respectum *edd.* 14 ueneratione *C* 22 res fuisset] rei fuisset *C* 24 enim] eorum *edd.* 26 obnixę *C*, obnixas *edd.* 28 et *ante* ex *add.* *edd.* contra C.] cum Caeciliano *edd.* 30 arelatensem *C* 31 uenire *C*, uenerint *edd.*, uenirent *scripsi* 32 acceperis *edd.* tam] cum *edd.* 34 singuli *edd.*

etiam aliquos ex his, qui contra eundem Caecilianum dissentiunt, data euectione publica per Africam et Mauritaniam inde ad Hispanias breui tractu facias nauigare et inde nihilominus [huiusmodi] his in singulis episcopis singulas tractorias tribuas, ut ipsi ad supra dictum locum intra diem Kalendarum Augustarum. possint peruenire, celeriter intimaturus hisdem, ut, antequam proficiscantur, debeant disponere, quatenus absentibus ipsis et disciplina conpetens habeatur et nulla forte seditio uel aliquorum altercantium contentio, quae ad maximum dedecus spectet, oriatur. de secreto plena cognitione suscepta finis adhibeatur; quia cum praesentiam sui exhibuerint uniuersi, quae nunc in contentione esse noscuntur quaeque non inmerito finem debent accipere maturum, ut protinus possint terminari atque conponi. nam cum apud me certum sit te quoque dei summi esse cultorem, confiteor grauitati tuae, quod nequaquam fas esse ducam, ut eiusmodi contentiones et altercationes dissimulentur a nobis, ex quibus forsitan commoueri possit summa diuinitas non solum contra humanum genus sed etiam in me ipsum, cuius curae nutu suo caelesti terrena omnia moderanda commisit, et secus aliquid hactenus incitata decernet. tunc enim reuera et plenissime potero esse securus et semper de promptissima beniuolentia potentissimi dei prosperrima et optima quaeque sperare, cum uniuersos sensero debito cultu catholicae religionis sanctissimum deum concordi obseruantiae fraternitate uenerari. amen.

IIII.

31a Dilectissimo papae Siluestro Marinus, Acratius, Natalis, Theodorus, Proterius, Uocius, Uerus, Probatius, Caecilianus, Faustinus, Surgentius, Gregorius, Reticius, Ambitausus, Termatius, Merocles, Pardus, Adelfius, Hibernius, Fortunatus, Aristasius, Lampadius, Uitalis [et] Maternus, Liberius, Gregorius, Crescens, Auitianus, Dafnus, Orantalis, Quintasius, Uictor, Epictetus in domino aeternam

IIII cfr. Duchesne le dossier du Donatisme p. 50; Nolte, Tübing. theolog. Quartalschr. 1867, S. 51

1 ex his *om. edd.* 2 datam euectionem publicam *C* 3 huiusmodi *delendum uidetur* 5 possit *C* 7 disciplinae *C* 8 altercantium quae *C*, altercatio quae *edd.*, altercantium contentio quae *scripsi* 9 de secreto] de cetero *edd.* 10 quia] quae *C* 11 uniuersa *edd.* qui nunc *C* quique *C*, *om. edd.*, quaeque *scripsi* 13 certum] cretum *C* 15 dycam *C* 18 commisit ut *edd.* 19 decernat *edd.* 22 concordi obseruantiae fraternitati *C*, concordis obseruantia fraternitatis *uel* concordi obseruantiae fraternitate *edd.* 23 amen] Explc. *C fol.* 30b

IIII INCIP CONCILIV EP̄ORVM ARELATE CELEBRATVM ET DIRECTVM / SILVESTRO EP̄Ō ROMANORVM *(lin.* 1 *et* 3 *rubr.) C fol.* 31a 25 siluestrio *C* agraecius *edd.* 29 et *delendum uidetur* 30 orientalis *edd.* uictor *bis pos. C*

